8. Trepidatum est Mediolani tum quia externus et ferus hostis fines pervaderet et popularetur, tum quia dux esset domesticus accensus ira, quique prae dolore repulsus, nullum malefici et crudelitatis genus, modo illatam contumeliam ulcisceretur, praetermitteret. Actius continuo e civitatibus tum a sociis amicis atque propinquis auxilia accersit. Ubi autem iustus convenisse visus est exercitus, et qui barbaris opponi posset, Luchino patruo summam belli tradidit. Hic ut se quam primum milites sequantur imperat, protinusque Parabiagum versus iter pergit. Lodrisius ut primum urbe egressum Luchinum accepit, instructo agmine viam et ipse ingreditur. Vix paululum processerat, cum Luchinus ad pugnam paratus adfuit. Extemplo sublato clamore manus conserunt: caedes haud parva editur. Lodrisius ubi loco cedere adversarios vidit, urgere et instare acrius coepit. Luchinus inclinatum agmen dum firmare et fugam suorum sistere studet, capitur, atque appositis custodibus alligatur. Tum dispersi atque divisi Lodrisiani palantes et diffugientes Actianos crudeliter caedunt. Adfuit ei unquam in pugna rebus Actii fortuna Brandilinus Maironus, quem Obizo Estensis cum quadringentis equitibus Actio miserat, setus Mediolanum devenerat cum ruum Luchinus in hostem profectus erat. Bonequitur Brandilinus propere: effugere turpiterque occidi suos conspicatus, barbaros vero ita sparsos et incompositos ut denuo in ordinem cogi et signa sequi nullo modo possent, concito agmine invadit. Inopinato et repentino superventu terrefacti barbari, terga protinus dant, passimque sternuntur. Ubi ad arborem ventum est, Luchinus dissolvitur: equum ascendit, pugna restituitur, ac et Lodrisio reposita caedes fuit. Postridie collectis ut qui a fuga superfuerant, exercituque reparato, castra propius hostem locant, et haud ita multo post, magna vi utrinque confluere. Luchinus parum occasione deletis barbaris victor evasit. Lodrisius et populares conspirationis tum ceperam quidam duces capti sunt. Insignis fuit victoria, quam Ambrosio civitas imputat. Celebrantur adhuc Mediolani verba. Germanorum ductori hoc nomen fuit: obversabatur suis oculos nostros aperta pontificis specie, qui alba ea longa camisia non terrentem flagello solvendo caedebat. Manet sollemnis dies celebritas, siquidem quotannis nono kal. martias sinta peragitur supplicatio, muneraque publicitus mittuntur ad aedem, quae in facti maiorum exercitata, victoris Ambrosii nuncupatur, atque ex eo mediolanensis pontifex cum scutica pingi coepit, utpote qui barbaros maiestate pontificia perterritos etiam verberibus cecideret.

9. Scio nonnullos fore qui hoc loco me aut nugari aut lascivire, vel nimia ambitione mianis consectari dicent: nos vero nugas non omnino putamus, quum antiqua beneficia veterem affinitatem et perpetuam amicitiam rememoramus; ut intelligant nostri temporis principes, quorum annis foedere et amicitia regnorum fundamenta pridem iacta fuerint: quae quoties periculo propius fuere, mutuis auxiliis defensa firmataque sunt. Iam ferme ducentos annos constans societas atque amor duravit: et quod in ratione et ordine beneficiorum maximum habetur, ad graviora prisca manent praesentia suaviora sunt. Unum autem est quod silere non sustineo: nobis nunc utriusque gentis priscas personas easdem rerum statum et illam temporum imaginem repraesentare, et sive hoc circumacta sidera fecerint, sive occultior quaedam vis fati sic

Capitur Luchinus.
Brandilinus Maironus.
Obizo Estensis.
Liberatur Luchinus.
Lodrisius pellitur.
Capitur Lodrisius.
Ambrosius conspicitur.
Imago temporum.

voluerit, eosdem principes, easdem affinitates, eadem rerum gubernacula, quae olim

Beatrix Actii uxor. avi videre, nunc spectamus. Beatrix secundi Caroli Apuliae et Calabrorum regis filia Actio estensi, qui tibi, Hercules, atavus fuit, uxor data est: cuius frater Carolus et ipse, cui Martello cognomen erat, quia materno genere regnum ad illum pertinebat, in Pannoniis publico gentis consensu regnabat. Magnificum quiddam Actio ea tempestate obtigit, ut unis nuptiis duos potentissimos reges arctissima affinitate contingeret. Sed tu, Hercules, regis neapolitani gener, tu una nuptiarum vinculo pan-

Ferdinandus. Matthias. Ludovicus. nonium Matthiam inter reges potentissimum tibi affirmasti: tu etiam per filiam Ludovicum Sfortiam perpetuo vinculo devinxisti. Hoc item mores non desunt, ipsa mulierum nomina non admodum variare. Olim Beatrix ex Apulia in Estensem domum

Leonora. Beatrix. immigravit. Duas regnum Leonora atque Beatrix altera, easdem familias coniungunt, eidemque regno consociant. Quis nunc negaverit ex Pythagorae instituto renasci homines posse, et eadem redire iterum saecula? Iam vero mihi gratulemur, quod inter tot Italiae clades, quum multae clarissimae familiae funditus interierint, nihil de opibus aut dignatione imperii diminutum sit: et eodem fere tenore coepta felicitas duret, et prospera qualium rerum vicissitudine ab iisdem stirpibus, eodem fortunae ordine soboles quae regno potitur semper resurgat, in quam fortuna invidia temporumque haud multum possit.

10. Sed attendamus, obsecro, quae sint concordiae Vicecomitum et Estensium fata, et quam recto foedere inter se coeunt atque consentiunt, ut ritum volventibus annis

Matthaeus Vicecomes. Franciscus Sfortia. ea reunventur, quae naturae lege amitti necesse fuit. Regnum in Longobardia Matthaeus constituit, pro quo beneficio nunquam universa Italia ei debere desinet. Franciscus Sfortia dux invictissimus amissum recuperavit. Galeatius utrique primogenitus fuit. Actius defuncto Galeatio patri princeps substituitur. Adolescens erat, et ex Castrutiana expeditione adversus Florentinos multum nominis reportaverat: regnum tamen gubernandum Luchino permisit, ut is auctor moderatorque rerum foret. Sacerdotio Iohannes patruus alter praeerat, in administrationem etiam receptus. Beata tunc res mediolanensis, concordes principes amplandis finibus studebant: domi quies et otium: domestici motus, si qui exorti, subito compressi iure: templis et magnis aedificiis urbs ornata: spatiosum illud et magnificum palatium, quod veteris curiae nomen habet, Actio dominante aedificatur: religiosum item ac munitissimum Iohannis Baptistae templum, quod ab aedicula divi Gothardi appellationem habet, excitatur. Observabat generosus iuvenis utrumque patruum, quibus quo plus iuris et auctoritatis concedebat, hoc apud caeteros maiore in metu, popularibus vero carior erat. Sed in Luchino summa fides atque innocentia, at in summa potestate magna temperantia: clemens erat cum severitate: libero ad eum praetorum querimoniae deferebantur: [illegible], nulli vis fieri, iudicia sine personarum discrimine omnibus ex aequo reddi; ut una omnium vox esset, rediisse in terra cum Luchino iustitiam. Nec a nobis haec fingi quisquam putet, aut ab [illegible] accepta, qui omnia Vicecomitem complectantur Mediolanensium, Alexandrinorum, Derthonensium, et caeterarum urbium municipales leges: quam prudens et iustus Luchinus fuerit testantur: quas ut Luchino placuit ita scitas et in acta relatae sunt, ut adhuc ex illius praescripto pleraque populorum rem publicam curent. Et iudicia exerceant. Illud integritatis ac rarae bonitatis argumentum ingens est, quod Actius velut in perpetua Luchini tutela ad XXXVII aetatis annum, qui vitae fuit ultimus, manserit: adeo inter illum et patruum omnia convenere, ut nunquam regni affectati suspicio oborta

ait, numquam administrationis rationem repeliverit. Imaginem illorum temporum rediisse, restitutas personas, eandem rerum conditionem quis non dixerit? Ego Johannem Galeatium regulum nostrum Actio opposuerim, Ludovicus Sfortia Maria Lachino respondeat; idem regni gubernator, tranquillum temporum eadem . . . quod ille belli et proferendorum finium cupidus, hic servandorum, et eius tuendae pacis studiosus quam pater fossae ac prope continuis bellis exhaustae Italiae dedit. Iohanni archiepiscopo si Ascanium comparavero, nemo reprehendat, quem noster iste inter primores sacerdotum assumptus, ut in creando Pontifice ius habet, ita summo sacerdotio proximus existimetur. Iohannes Actio. Ludovicus, Lachino. Ascanius, Iohanni.

11 Sed quorsum haec hominum ac temporum commemoratio atque contentio? ut intelligatur hac recenti societate ac affinitate et rerum similitudine, magnum aliquid utrique principi portendi et priscae felicitatis auspicia renovari. Neque enim frustra aut fortuito, sed occulto quodam fatorum decreto, haec evenire contenderim. Respiciunt igitur ad veteres cognationes, priscam societatis monumenta, iisdem vestigiis insistunt quibus maiores ad magnas opes et regna pervenere. Denique illud tacere non possum, in manibus Vicecomitum et Estensium cuiuspiam Gallum compedes ponitas. Haec nostra Gallia . . . ut . . . ut nunc arx et flos Italiae merito appellatur. Quare quae subiecta principes ea non negligenter aliquando contemplari velint. Patentes campi ab occidente et septentrione Alpibus, a meridie Apennino clauduntur, uberes sunt et omnium Europae fertilissimi: medius Padus, quem Graeci Eridanum vocant, interfluit, fluvius terrarum discrimen et rerum arbiter, ut is demum ceteris imperet qui sub potentia sua subiectum Padum habeat. Hoc romani proceres cum pulchre cognoscerent, hinc Cremonam, illinc Placentiam condidere, quarum opportunitate gentem ferocem et rapinis rebellantem tandem edomitam in fide continuerunt. Claustra fluvii et frenum gentium sunt duae veteres ac potentes urbes. Secus Apenninum Romanorum oppida itque etiam colonias quae fere prisca nomina servant. Appennini accolas Gallos Ligures et Boios, imperata facere cogebant. Alpes manant frequentes et opulentas urbes. Tum quinque lacus in transpadana Italia continentur. Alpinis iuga et saltus tres lacus et perpetua flumina, quibus in Padum lacus ipsi se exonerant. Padum ubi rapidus et profundus est, campos maxime frumentarios et Apenninum in unam usque ligusticam, Mediolani dux obtinet. Mantuanus dominus innumeras et . . . resolutas navibus aut hiemantibus aquis stagnantem aggere colunt, fluviisque arcibus et disposita custodia tuetur. Tu, Hercules, descendentem Padum et in ramos divisum excipis. A Ficaruolo ubi delta incipit, quousque mari illabitur, tuus est omnis. Apenninum praeterea nobilem tractum et qua tenus culturae patens est fertilem atque feracem, ad maritimos usque Ligures ruluctum habes Rhetis, Vindelicis, et Noricis conterminas Alpes atque ad Istriam recedentes. Tum lacus duo vestrae iurisdictionis sunt. Quamquam illorum quos accepter reddunt, cum altero devolvitur Athesis et Mincius sub eodem imperio in mare decurrunt. Sed procul a Padu Venetus. Ita in omni gallico bello is semper plurimum poterit et plane victor erit, qui fluviorum et montium opportunitate uti poterit et voluerit. Compedes Galliae viridiquae. Padus arbiter rerum. Mediolani Pax. Mantuanus. Herculis. Veneti.

12 Haec fere, generosissime Hercules, paucis ante diebus coram breviter de vetere cognatione mutuo praesidio, continenti amore utriusque gentis exposui. Subiiciemus pauca de finibus et montium atque locorum opportunitate. Quamquam tu, principum prudentissime, nuper lacus pernavigaveris, saltus exploraveris, iuga et fauces montium perlustraveris, ut nihil inter Insubres inexploratum tibi sit et dum occupas

atque piationi indulges (quod est regium) etiam de servandis tuendisque finibus cogitans. Illud autem te rogo, quo nostra verior et absolutior sit historia, neque laude sua ii fraudentur qui magna fecere, iubeas quae Estenses proceres gesserint paulo curatius conquiri, et in ordinem, servata in primis rerum atque temporum ratione, et gentis stemmate, distingui et adnotari. Demetur historiae fides, et facile mendax scriptor deprehenditur, quoties aut tempora non congruunt, aut non expresserit quibus maioribus ii nati et unde progeniti sint, qui virtute sua aeternum apud posteros nomen meruere.

S. GREGORII PAPAE VII. VITA

ONUPHRIO PANVINIO AUCTORE 1)

Cum prologo ad Ernestum Bavariae ducem
ecclesiae Frisingensis administratorem

Cod. vat. 6156. 794 Si quid est, in quo iudicii ratio extare debeat, in primis est, cum ingeniorum nostrorum monumenta dedicantur: id tamen id sponte fiat animoque in eam partem propenso. Nam si principibus viris aut privatis hominibus inscribuntur libri, vel quod eius doctrinae cognoscendae gratia, quae in iis ipsis continetur libris inscriptionem illam expetiverint, vel quod aliud quippiam spectaverint, non est cur in eum, qui debeat, culpa conferatur, quam peccaverit in delectu, nec satis quid cuique tribuendum, et quid quemquam deceat, intellexerit. Quo toto de genere mihi cogitanti cum regestum litterarum Gregorii VII pontificis maximi conscribere statuissem, facile ratio persuasit unum te esse optime princeps, cui quidem operis dedicatio deberi maxime videretur. Si quidem ea quae Gregorius VII. aetate sua, eiusque postea consuetudinem imitati, successores eius Victor III, Urbanus II, Paschalis II, Callistus II, Innocentius II, Alexander III memoratu supra fidem digna gesserunt, ope maiorum tuorum Bavariae ducum gesta sunt. Illi enim (ut alia praetermittam, nec pauca nec minima) nobilissimi inter germanicos proceres genere orti, oppressam in Henrici IV et Federici primi imperatorum ecclesiam catholicam in libertatem suis armis et sua virtute vindicarunt. Ac fuit illorum principum (quorum deinceps multi Vuelfones dicti) ea constantia in tuendis ecclesiae rebus, ut eam Italiae partem, quae idem sentiret, unaque cum illis causam sedis apostolicae defenderet, cognomen idem Vuelforum imperitverunt, quemadmodum ii qui contra pugnabant, ab imperatoris Federici Barbarossae patria, Gibellini sunt appellati. Cum igitur acta fere omnia illorum temporum, atque eorum vero rerum seminarii, hae complectantur epistolae, quis dubitet quin ad posteros eorum, quorum ope illa tam praeclara gesserunt, mitti maxime deceret? Atque haec maioribus tuis de quibus plura dicere praesentis non est argumenti, vix enim integris voluminibus, non hac brevi pagella, eorum praeclare facta explicari possent.

1) Vita haec Gregorii VII et communior est et contractior, quam alia eodem Panvinio auctore quae legitur in Centuri operum tomo sexto, et hoc altero prologo caret. Hanc enim rursus in alia quoque aliquot Panvinii operibus observari, ut pro temporum et rerum adiunctis ex Manuscriptis varios induerat colores. Imus et hanc quam vides quoque in libros dilatatam a Panvinio scimus qui laboris, quare ausus fuit totam per Sixtus pontificum ecclesiasticarum universi mundi historiam ibi comprehendi. Porro initialem Panvinii vocem III Merulae non postponat.

Ad te vero ipsum quod attinet, cum haec mihi simul omnia ante oculos ponerem, antistitem esse te dignitate, natura, ingenio, fortuna praestantem, earum rerum cupiditate incensum, unde vera bona exemplo manat, omnia referentem ad decus, nihil committentem quod a maiorum tuorum et patris in primis Alberti avique Guilielmi contestata virtute discederet, aut quod a sanctissimae romanae ecclesiae institutis alienum esse videatur, haec inquam cum animo colligerem, ita statuebam, neque cuiquam potius quam tibi dicari a me posse, neque tali praestantem ullum vidimus oportere, quam res gestas maximi omnium Pontificis, qui ecclesiae Dei ulla unquam aetate praefuerunt. Cuius incredibile studium, summi labores, divina plane virtus langeuntem ecclesiam ab aliquot imperatoribus, ac etiam schismaticis et haereticis, indignissime vexatam recreavit, restituit, auxit. Vere possum affirmare, quod legentibus perspicue patebit, egregia ex hoc libro documenta, saluberrimam doctrinam, civilem prudentiam religionis cum severitate coniunctam ita sumi posse, ut in eo tanquam in speculo cernatur imago quaedam vitae ad Dei gloriam dirigendae.

Nam profecto si quis unquam fuit, cuius ad honorem Dei et salutem animarum et ornamentum catholicae fidei, ad emendationem morum, omnes curae, omnia studia et consilia intenderentur, in hoc Pontifice summa fuisse, ne ut ei nemo praeferri, comparari pauci possint, nemo unquam iure negaverit. Non apud illum in iis rebus, quae ad honorem Dei, morum ecclesiasticorum restitutionem, conservationemque, et ad sedis apostolicae dignitatem pertinerent, importunae episcoporum preces primum, deinde minae, ambitiosae principum voluntates, regum et imperatorum arma, et impetus tanti fuere, ut eum de sua sententia, ne latum quidem unguem deducerent. Episcopos, archiepiscopos, antistites quoscumque, summos principes, eximios duces, maximos reges, Caesares ipsos tum romanum, quum graecum, quum sui muneris partes omnes non absolverent, non modo acriter obiurgavit, sed convocatis christianorum frequentissimis conventibus, gravissimis poenis etiam affecit. Idem erga bonos facilem, mitem, perhumanum supra modum se praebuit. In quo rebus humanis Deus optimus maximus consuluit. Ita enim eo redacta erat ecclesia, ut extremum discrimen impendere ei videretur, nisi tanti Pontificis vigilantia opportunum remedium afflictis rebus attulisset. Invaluerant omnia vitiorum genera, sacratorum hominum dissoluta vitae disciplina, profanorum principum in furibus ecclesiasticis violandis temeritas, omnium ordinum libido, luxus, et a Dei amore aversio, pulcherrimam ecclesiae faciem passim foedabant. His laudibus in Dei ecclesia restituenda optimus hic Pontifex auctus fuit.

Quod temporibus quoque nostris voluntate et studio par, vitae integritate et virtute non inferior, in maximo pravarum opinionum et magnorum bellorum discrimine, Pius V. pontifex maximus egregie praestat. Cuius praeclaram consuetudinem omnibus ad imitandum propositam, (si quod facere te et facturum non dubito) vita et moribus exprimere conaberis, primum quidem apud omnes homines laudem, ab ecclesia ipsa romana debita tuae virtuti praemia procul dubio consequeris, deinde vero, quod multo pluris est, gratiam inibis a clementissimo iudice et parente benignissimo immortali Deo, cuius inter ministros, cum praecipuum locum obtineas, iure etiam a te praecipua quaedam pro eius ecclesiae communique salute, studia ac merita non tacitis bonorum animis expectantur, verum clarissima omnium voce postulantur. Deus te ecclesiae suae incolumem conservet, clarissime et optime princeps! Romae kal. novembris anno salutis MDLXVII

GREGORII VII. PAPAE VITA.

1 Gregorius VII, Hildebrandus antea vocatus, fuit natione tuscus, patria soanensis, nobili genere ortus, ex ea scilicet familia, quae postea ab uno nomine Hildebrandina, vel de Pitiliano, cuius oppidi principatum obtinebat, vocata est, patrem habuit Bonicum virum strenuum, cuius opera puer bonis artibus instructus, sibi viam sibi ad tantam dignitatem paravit. Adolescens altae indolis factus, imperatoris Conradi aulam adiit, ubi invidia ob virtutem contracta, et rerum humanarum taedio affectus, aemulorum odio cessit, et in monasterio cluniacensi sub Odilone abbate se abdidit. In quo quamvis rebus gerendis maxime aptus esse videretur, Romam ab abbate suo missus est, ut congregationis cluniacensis negotia apud sedem apostolicam procuraret, et aliquamdiu in monasterio eiusdem societatis sancti Laurentii extra urbis muros laudabiliter Benedicto romano pontifice vixit. Prior eiusdem coenobii factus, maxima usus est familiaritate Iohannis Gratiani archipresbyteri sancti Iohannis ante portam latinam pontificis successoris, cuius opera Hildebrandus Benedicti etiam gratiam promeruit; vir enim erat dexteritate, facundia, et comitate singularis. Ceterum Iohannem Gratianum postea quam Gregorii VI nomine romanam sedem per duos fere annos tenuisset, ab imperatore Henrico III. in exilium apud Cluniacum acto, ipsum Hildebrandus beneficiorum memor sequutus est, et eidem quamdiu vixit in monasterio fideliter adstitit. Quo brevi mortuo ea cura liberatus, cluniacensis prior creatur, in quo honore a Leone IX. Romam reductus, et subdiaconus romanae ecclesiae abbasque sancti Pauli constitutus, a Nicolao II. romanum archidiaconatum obtinuit. Cuius quanta sub iis qui ante se fuerunt summi pontifices, auctoritas, gratia et potentia fuerit, satis in superiorum pontificum vitis explicavi. Multis et gravissimis legationes obivit: bona romanae ecclesiae ablata recuperavit, eius libertatem, maiestatem, et curam amplificavit, et defendit, perniciosissima demum schismata sua auctoritate extinxit. Ita ut saepe romano sacerdotio dignus existimaretur.

2 Alexandro II mortuo, die obitus eius, tanto omnium cardinalium, cleri, populique romani gaudio, concordibusque suffragiis ad romanum pontificatum vocatus est, ut nemînem promptioribus votis ad eam dignitatem unquam ascendisse constat. Ex qua re gravissimum schisma ortum est, quum cleri tantum et populi suffragiis sine ullo Caesaris consensu pontifex constitutus fuerit. Ipse vero qui longo tempore, inde a Gregorii VI. privatione, libertatis ecclesiasticae recuperandae causa privatus operam dederat, iam pontifex factus a coepto desistere nefas esse duxit, atque pro eiusmodi re et simoniacam haeresim convellenda, clericorumque incontinentia reprimenda, multum laboravit, et non solum imperatorem pro eiusmodi rebus frequenter commonitum ad synodum evocavit, sed primus omnium romanorum pontificum eum in ordinem redactum, diro anathemate devovit, editisque decretis eum potestate creandi episcopos et abbates privavit, eorum electione ad clericos et monachos translata: et clericis a subdiaconatu usque ad episcopatum connubia in toto orbe latino interdixit. Formaque gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonstravit, ac fortis per omnia athleta murum inexpugnabilem pro Dei domo se ponere non expavit. Formula autem creationis suae admodum memoratu digna in eiusdem registro, ita est enunciata.

3. «Regnante domino nostro Iesu Christo anno eius incarnationis MLXXIII, indi-

» ctione et luna XI, X. kal. maii, feria V. a) die obitus et sepulturae bonae memoriae D. Alexandri II. papae, ne sedes apostolica diu lugeat proprio destituta pastore, congregati in basilica s. Petri ad vincula, nos sanctae romanae atque apostolicae ecclesiae cardinales, clerici, acolythi, subdiaconi, diacones, ac presbyteri, praesentibus venerabilibus episcopis et abbatibus, clericis et monachis, consentientibus plurimis turbis utriusque sexus, diversique ordinis et acclamantibus, eligimus nobis in pastorem et summum pontificem virum religiosum, geminae b) scientiae prudentia pollentem, aequitatis et iustitiae praestantissimum amatorem, in adversis fortem, in prospera temperatum, et iuxta apostoli dictum, bonis moribus ornatum, pudicum, honestum, sobrium, castum, hospitalem, domum suam bene regentem, in gremio huius matris ecclesiae satis nobiliter educatum et doctum, atque pro vitae merito in archidiaconatus honorem usque hodie sublimatum, D. Hildebrandum videlicet archidiaconum, quem amodo et usque in sempiternum, et esse et dici Gregorium Papam VII. et apostolicum, volumus et approbamus. Tunc primus diaconorum dixit adstantibus: Placet vobis? Qui responderunt: placet. Vultis eum? Volumus. Et tertio: laudatis eum? laudamus, omnes responderunt. Tunc ab omnibus acclamatum est: Gregorium papam sanctus Petrus elegit. Actum Romae anno et die suprascripta.« Sedit autem in apostolica sede imperatore Caesare Henrico IV. augusto annos XII. menses I. dies III. Cunctis qui aderant Gregorii electionem publicavit laudavitque Hugo Candidus presbyter cardinalis tituli sancti Clementis sanctae romanae ecclesiae archipresbyter. Quo facto, Gregorius veste purpurea indutus, et pontificali habitu ornatus, Lateranis in apostolico solio collocatus est.

4. Post electionem pontifex ne aliquando pontificatus eiusdem minus legitimus, atque acta invita esse existimarentur, quod imperatore inconsulto (ut tum mos erat) electus esset, non ante consecrari voluit, quam comitia sua imperatori significaret, eorumque approbationem peteret: qua singulari industria, a Caesare, praeter episcoporum Germaniae qui eius severitatem timebant, sententia impetrata, in proximo pentecostes festo presbyter, in natali vero apostolorum Petri et Pauli romanus pontifex consecratus, summi sacerdotii diadema et insignia suscepit. Iustio pontificatum, quod diu ante privatus agitaverat, exequi constituit, scilicet ut imperatorem non modo auctoritate instituendi vel confirmandi Papam, sed etiam reliquos episcopos et abbates eligendi privaret, eorumque electiones ad clerum et monachos redigeret, quorum Caesarem et reges sacerdotia quasi passim sine discrimine plus offerentibus vendere certissime cognovisset. Imperatores enim et alii latini reges, iam inde ab Hadriani primi papae, et Caroli magni imperatoris tempore, cui et successoribus eius, id privilegium concesserat Hadrianus papa, et Leo VIII. Othoni I. Caesari, recensque Clemens II, Henrico III, imperatori patri Henrici IV. confirmaverant 1), episcopos et abbates regnorum suorum creabant. Et quoniam hoc imperatorem non facile laturum sciebat, sed iura sua bello et armis vindicaturum, arctissimo foedere se cum Nortmannorum duce Roberto Guiscardo, Ricardo principe capuano, et Mathilde comitissa potentissima tum per Italiam muliere, coniunxit, eorumque si opus esset sibi praesidia polliceri fecit. Saxonum quoque, et aliquot aliorum Germaniae principum, Henrico aspere nimis et acerbe imperanti, rebellium amicitiam sibi comparavit, quorum armis

1) Haec Sénacia testimonia non refutata apud nos in Syllogae mea p. 149.fl48. 965. Item apud Gerberum ex Baronio.

a) Cod. II. — b) Cod. geminae prudentia.

et ope, imperatoris conatus infringeret. Henricum deinde augustum admonuit, ne deinceps largitione corruptus, episcopatus et abbatias plus offerentibus per simoniam venderet, et ut ab iis nefariis stuprorum, rapinarum, sacrilegiorumque criminibus omnino se temperaret, de quibus apud sedem apostolicam accusatus fuerat, alioquin se in eum et delinquentes censuris ecclesiasticis usurum. Quibus admonitionibus Henricus non obtemperavit, sed legatos ad se ob eam causam missos Geraldum ostiensem, Ubertum praenestinum, N. curiensem, et Robertum comensem episcopos, viros gravissimos benigne primo excepit, mox rebus pro quibus venerant infectis dimisit. Hinc odia inter eum et Pontificem origo manavit. Quod alia (quam dicam) ratio potissimum auxit, et confirmavit.

5. Mathildis illustris illa comitissa quum sola et sine liberis esset, imperatorisque Henrici insidias timeret, Longobardiae, Tusciae et Liguriae aliquot urbes iure hereditario ad se pertinentes, romanae ecclesiae donavit. Imperator aegerrime ferens Italicas urbes imperio beneficiario iure subiectas divelli, donationem illam improbavit. Pontifex occasionem nactus, quod Caesar iura ecclesiastica violaret, eum anathemate (ut infra dicam) notavit. Qui per singulos fere annos dum vixit novem synodos partim quadragesimales, partim aliis mensibus, omnibus Italiae praelatis ad eas convocatis, celebravit. In prima iuxta sanctorum patrum tradita canones aliquot ad asserendam apostolicae sedis maiestatem edidit, et uxoratis sacerdotum a muneris divini celebratione remotis, coramque sacris laicos interesse prohibuit, multasque ob eam causam legationes in Germaniam misit. In secunda quam anno MLXXV coëgit cui Guibertus archiepiscopus ravennas, comitissa Mathildis, et Gisulfus salernitanus princeps interfuere, Philippum Francorum regem nisi legatis apostolicis satisfaceret devovit: quinque imperialis aulae proceres, quorum consilio ecclesiae vendebantur, et eos episcopos qui episcopatus ab imperatore emissent, itemque Robertum Guiscardum Apuliae et Calabriae ducem, bonorum sancti Petri occupatorem, anathematis censura plexit: multos episcopos de variis criminibus accusatos, ne sacerdotali muneri vacarent, prohibuit: sed ex iis Robertum Guiscardum satisfacientem et absolutum in gratiam paulo post recepit. In eadem synodo pontifex rationem reddidit, quamobrem censuris ecclesiasticis in simoniacos animadvertisset: itemque imperatorem facturum crebro minitabatur, ni mores et vitam mutaret. Saxonum enim principes, imperatoris hostes, eiusdem inaudita hactenus flagitia ad pontificem detulerant, rogantes ut contra eum auctoritate apostolica uteretur.

6. Soluta synodo Guibertus ravennas, imperatoris quem a Gregorio iniquum cognoscebat amicissimus, communicato per legatos suos cum Caesare consilio, evertendi et oppugnandi pontificis, quo Henrico gratificaretur, occasionem quaerebat, et ad pontificatum simul viam quaerens, clam Cincium romanum civem, Stephani praefecti urbis filium, hominem audacem et promptum, qui a pontifice, quod bona quaedam ecclesiae occupasset, devotus fuerat, in Papam concitavit, magnis ei imperatoris nomine pollicitus praemiis, si hominem de medio tolleret, vel captum imperatori transmitteret. Interim imperator in Germania a Guiberto de iis tumultibus certior factus, quae Papa contra eum usque Lateranum peregisset, et ab eo incitatus, coniuncta opera, pontificis, quem hostibus suis Saxonibus foedere iunctum esse praeterea intellexerat, auctoritatem oppugnare coepit. Sigefridum moguntinum archiepiscopum, et omnes quotquot potuit Germaniae episcopos, qui multi fuere, ab eius obedientia subtrahens, eisque rebelles reddens, validam contra eum in Germania seditionem concitavit. Auxit im-

peratoris indignationem proxima Gregorii legatio, qua ei pontificis nomine nuntiatum est, ut proxima quadragesima Romam ad synodum accederet, causam de iis criminibus dicturus, de quibus apud sedem apostolicam a Saxonibus accusatus fuerat, alioqui sciret se procul dubio anathemate notandum esse. Quae legatio adeo regem impulit, ut rejectis gravi cum contumelia legatis, statim contra Gregorium papam omnes episcopos et abbates teutonici regni in proxima dominica septuagesimae Vormatiae ad conventum invitaverit, ut Gregorio pontificatu privato, novum pontificem constituerent, quem ipse vi et armis Romam perduceret. Clamque per literas cum Guiberto et Cincio egit, ut nefarium contra Papam susceptum maturarent.

7. Structis itaque insidiis Cincius quum pontifex media nocte natalis Domini in templo sanctae Mariae majoris ad sacra praesepia celebraret, sacram aedem cum satellitibus et conjuratis irrumpens, dum sacrificii hostiam frangeret, pontificem capit, et ligatum in Parionis regionem secum trahens, in munitissima quadam turri collocat. Crepusculo matutino populus romanus, cognito facinore, ingenti agmine facto in Cincium arma suscepit, liberatoque pontifice, nefarii hominis aedes et turrim a fundamentis evertit, familiam eius viribus mutilatam urbe expellit, ipsius bona publicavit. Cincius tanti sceleris auctor fuga salutem quaerens, in Germaniam ad imperatorem pervenit, et eum magis contra Papam concitavit. Quo etiam Hugo Candidus presbyter cardinalis, qui Guiberti suasu a Gregorio transfugerat, et gravissimas contra eum accusationes se afferre iactabat, pervenerat. Guibertus tanti mali auctor, quum insidiae ex voto non successissent, occulta benevolentia a pontifice dimissus, Ravennam ubi peiora molitus est, rediit, nam Theobaldum archiepiscopum mediolanensem, et alios multos Longobardiae episcopos, in Gregorium conjurare fecit. Vormatiae autem XXIV episcoporum et multorum abbatum conventu coacto, cui Sigefredus moguntinus episcopus praefuit, Hugone Candido et Cincio praesentibus, Caesare ita iubente, Gregorius papa ab omnibus damnatus est, interdictumque ne ullo in re ei ut pontifici quisquam obtemperaret, litteraeque per Rolandum quemdam parmensem presbyterum contumeliarum plenae Romam destinantur, quibus pontifici denunciabatur, ut pontificatu (quem contra leges ecclesiasticas occupasse dictitabant) statim sese abdicaret, atque cardinales, relicto Gregorio in Germaniam legatos mitterent, alium pontificem habituri. Decreti vormatiensis contra Gregorium papam editi conclusio eiusmodi fuit: « Quia ergo » et introitus tuus tantis periuriis est initiatus, et ecclesia Dei tam gravi tempestate » per abusionem novitatum tuarum periclitatur, et vitam per conversationem tuam tam » multiplici infamia dehonestasti, obedientiam quam tibi nullam promisimus, nec de cetero ullam servaturos esse renuntiamus. Et quia nemo nostrum, ut tu publice declarabas, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum amodo eris apostolicus. »

8. Haec cognita Gregorius, tertium lateranense concilium in proximam quadragesimam indixit, in quo Henricum caesarem, Sigefredum moguntinum, Guibertum ravennatem archiepiscopos, Hugonem Candidum cardinalem, et aliquot alios episcopos excommunicavit; reliquos vero episcopos et abbates qui vormatiensi conciliabulo interfuerant, nisi intra certam diem Romam ad causam dicendam venirent, simili sententia damnavit, et universos Germaniae principes contra Henricum anathematizatum suis literis concitavit. Anathematis formula eiusmodi fuit: « Beate Petre apostolorum » princeps, inclina quaesumus pias aures tuas nobis, et audi me servum tuum, quem » ab infantia mea nutristi, et usque hodie de manu iniquorum liberasti, qui me » pro tua fidelitate oderunt, et odiunt; tu mihi testis es, et domina mea mater Dei, et

» beatus Paulus frater tuus inter omnes sanctos, quod tua sancta romana ecclesia me
» invitum ad sua gubernacula traxit, et ego non rapinam arbitratus sum ad sedem
» tuam ascendere, potiusque volui vitam meam finire in peregrinatione, quam lo-
» cum tuum pro gloria mundi saeculari ingenio arripere. Et ideo ex tua gratia non
» ex meis operibus, credo quod placuit tibi, et placet, ut populus christianus tibi
» commissus mihi obediat specialiter, pro vice tua mihi commissa. Quia mihi tua
» gratia, est potestas a Deo data ligandi et solvendi in caelo et in terra. Hac
» itaque fiducia fretus pro ecclesiae tuae honore et defensione ex parte omnipotentis
» Dei, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, per tuam potestatem et auctoritatem Hen-
» rico regi filio Henrici imperatoris, qui contra tuam ecclesiam inaudita superbia in-
» surrexit, totius regni Teutonicorum gubernacula et Italiae contradico, et omnes
» christianos a vinculo iuramenti, quod ei fecerunt vel facient absolvo, et ut nullus
» sicut regi inserviat, interdico. Dignum est enim, ut qui studet honorem ecclesiae
» tuae minuere, ipse honorem amittat, quem videtur habere, et quia sicut christianus
» contempsit obedire, nec ad Deum redit, quem dimisit participando excommunica-
» tis, et multas iniquitates faciendo, meaque monita, quae pro sua salute illi misi,
» te teste spernendo, seque ab ecclesia tua temptans eam scindere separando, vinculo
» anathematis eum vice tua alligo ex fiducia tua, ut sciant gentes et comprobent,
» quod tu es Petrus, et super tuam petram filius Dei vivi aedificavit ecclesiam suam,
» et portae inferi non praevalebunt adversus eam etc. »

9 His actis, epistolam de tota ea re omnibus christianis scripsit, decimam scilicet
libri III quae incipit « Audistis fratres novam et inauditam praesumptionem, audistis
» sceleratam schismaticorum, et nomen Dei in beato Petro blasphemantium garru-
» litatem et audaciam, audistis superbiam ad iniuriam sanctae et apostolicae sedis
» elatam, qualem vestri patres nec viderunt nec audierunt unquam, nec scripturarum
» series aliquando a paganis vel haereticis docet emersam; cuius mali etsi aliquod
» numquam post fundatam et propagatam fidem Christi, praecessisset exemplum,
» omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu et conculcatione apostolicae immo
» divinae auctoritatis dolendum foret et gemendum. Quapropter si beato Petro cla-
» ves regni coelorum a domino Deo nostro Iesu Christo traditas esse creditis, et
» vobis per manus ipsius ad aeternae vitae gaudia introitum patere cupitis, cogitan-
» dum vobis est quantum nunc de irrogata sibi iniuria dolere debeatis. Nisi enim
» hic, ubi per discrimina tentationum vestra fides et corda comprobantur, socii pas-
» sionum efficiamini, procul dubio non eritis digni ut participes sitis futurae conso-
» lationis, et ut filii regni caelestem coronam et gloriam sortiamini. Rogamus igitur
» caritatem vestram ut instanter divinam misericordiam implorare studeatis, quatenus
» aut corda impiorum ad paenitentiam vertat, aut reprimendo eorum nefarium con-
» silio quam insipientes stulti sint, qui petram a Christo fundatam evertere et di-
» vina privilegia violare conantur, ostendat. Qualiter autem, aut pro quibus causis
» beatus Petrus anathematis vinculo regem obligaverit, in chartula, quae huic inclusa
» est, plene potestis cognoscere. »

10 Interim quum maior germanici regni pars, Saxonibus auctoribus et iis Gre-
gorii litteris excitata, quod imperatori ab ecclesia excommunicato parere nollent,
ab eo defecisset, iamque Saxones bellum contra imperatorem instructissimis vir-
ibus pararent, quorundam principum publicae tranquillitatis studiosorum interventu,
ne gravissimum aliquod malum in Germania nasceretur, his conditionibus induciae

actum sunt, ut si Gregorius in Germaniam pergeret, et Henricus supplex veniam erratorum peteret, atque ab eo ante diem anniversarium excommunicationis suae absolutionem impetraret, ne amplius ulla contra Caesarem novandarum rerum querela esset: quod si elapso anno tempore, anathematis vinculo se eximere non procuraret, tum nulla amplius excusatione accepta, illico omni regio iure spoliatus censeretur, novumque Caesarem designandi ius principibus esset. Duram hanc conditionem coactus Caesar accipiens, pontifici in Germaniam pacis publicae constituendae causa iam archiepiscopi treverensis, et aliorum caesareanorum rogatu venienti, magnis itineribus obviam processit. Vercellas iam usque pontifex advenerat, ubi ab episcopo loci certior factus, Henricum hostili in se animo cum exercitu advenire, omisso instituto itinere, Canusium se recepit, oppidum regiensis agri munitissimum, principatui Mathildis subiectum. Imperator insidias suas apertas esse cognoscens, ad artes suas versus, poenitentiam simulans gratiam pontificis expectabat: pontifex ingenio eius subdolo, levi, et vario non fidens, durior in sententia manebat. Tum Henricus ad id oppidum pergens, pontifice ita iubente, deposito omni regio cultu, nudis pedibus, lanea veste indutus, ut omnes ad misericordiam eliceret, prope oppidi portas appropinquavit, et intra primum murorum ambitum ieiunus, toto mane per tres dies ita permansit, quamvis aspera hiems esset, et gelu cuncta rigescerent, perpetuo veniam petens. Tandem Mathildis, ac sabaudiensis comitis et abbatis cluniacensis rogatu, ad pontificem introductus, anathemate absolvitur, et ecclesiae reconciliatur, pace sacramento firmata, et firma stabilique obedientia papae Gregorio, durissimis quibusdam conditionibus promissa, illud addens, se paratum esse de omnibus quae ei obiiciebantur criminibus, pontifice cognitore, causam dicere. Actum est hoc Canusii V kal. Februarii.

11. Henricus pace facta anathemateque absolutus, quum germanicos principes periculo liberatus elusisse videretur, episcoporum quorumdam, et Italiae procerum impulsu, datas suas pacis conditiones paulo post abrumpit, et Gregorio longe infensior quam antea fuerat esse coepit: cuius malitiam et inconstantiam pontifex intelligens, Canusii diu loco tutissimo, imperatore etiam e vicinis locis non discedente, se continuit. Hanc eius immutatam voluntatem cum imperii principes cognovissent, eo abdicato, novum reipublicae christianae Caesarem designare constituunt. Qui in Forcheim convenientes, praesentibus romanae sedis legatis, Henrico mulctato, III. idus martii anno MLXXVII. Rodulphum comitem de Reinvelden Suevorum ducem, virum strenuum, Henricique sororium, Caesarem crearunt (qui XV. kal. aprilis medio quadragesima eiusdem anni Moguntiae a Sigefrido archiepiscopo coronatus, regnavit annos III. menses VI), cui pontifex usque dudum non hoc versiculo misisse dicitur: PETRA DEDIT PETRO, PETRUS DIADEMA RODULPHO. Tum Henricus, qui adhuc aperte a pontifice non desciverat, ab eodem petiit, ut Rodulfum tanquam imperii invasorem excommunicaret, et regni occupatione depelleret. Quod cum statim impetrare non potuisset, sumptis armis in Germaniam redit, ubi magna clade incertaque victoria aliquamdiu utrimque dimicatum est. Quae dum gererentur, Gregorius imperatoris metu liberatus ad urbem redit, et anno qui secutus est MLXXVIII, Laterani quartum concilium celebravit, in quo Guibertum ravennatem, Theobaldum mediolanensem, et alios episcopos longobardos, anathemate ipsorum renovato, sacerdotio, ut rebelles contumaces et schismatis ecclesiastici praecipuos fautores, suspendit. Et in hac synodo tum primum decretum illud promulgavit, ne quis sacerdotium ullum, episcopatum vel abbatiam e manu laica cuiuscumque ordinis aut conditionis, etiamsi imperator esset, susciperet; qui contra faceret,

vel daret scilicet vel sic susciperet, anathemate notaretur, et ad eos honores perpetuo deinceps inhabilis esset, sed ablatum electionem ad monachos, episcoporum ad clerum, consecrationem vero ad metropolitanum, vel romanum pontificem, libere pertineret, et ita reges omnes, et imperatorem praesertim, non solum iure electionis quam habebat in romani pontificis comitiis, sed etiam omnium regnorum suorum praesulum privavit, eum ad capitula monachorum et collegia clericorum, vel canonicorum transferens.

12. In eodem concilio adfuerunt utriusque regis de imperio contendentium legati, pontificem rogantes, ut in regum suorum partes declinaret. Quibus nihil aliud ipse respondit, quam ut ab armis discederent, et legatorum suorum adventum expectarent, qui in conventu procerum ex omnium consilio eam controversiam non armis sed iure componerent. Hi fuere Bernardus abbas massiliensis presbyter, et Bernardus alius diaconus cardinalis. Qui in Germaniam euntes, quum omnia bellis arderent, re infecta reversi sunt, et quintae synodo eodem anno a pontifice Laterani coactae interfuerunt, in qua Michael imperator constantinopolitanus excommunicatus est, et multa decreta ad fidei christianae augmentum et clericorum mores continendos edita, et in sequentis anni sexto concilio confirmata. Ubi pontifex tertio anathema in archiepiscopum ravennatem Guibertum ob superbiam et rebellionem, quod ad concilium vocatus accedere recusasset, renovavit, eique ne episcopali et sacerdotali munere fungeretur, interea interdixit. Rolandum tarvisinum episcopum eodem anathematis vinculo alligavit, quod legatus ad res componendas in Germaniam missus, discordiarum semina, pro pacis foederibus, ut episcopatum consequeretur, seruerat. Hugonem postremo Candidum olim cardinalem tituli sancti Clementis praecipuum schismatis auctorem, et saepe damnatum, simul honore multavit. Decreta de non accipiendis a manu laica sacerdotiorum investituris renovavit: omnes eos excommunicavit, qui aliqua ex parte laederent aliquove incommodo afficerent bona, oppida, et urbes romanae ecclesiae, et praesertim Piceni, Umbriae, Tusciae et Campaniae, monasterium sancti Benedicti Casinate, et Beneventum. Legati quoque Rodolfi regis graviter de Henrico conquesti sunt quod omnia trans alpes bello flammisque vexaret, nulla religionis vel sedis apostolicae mandatorum ratione habita. Quibus pontifex novos se legatos in Germaniam missurum est pollicitus, quo controversiam illam quoque possent tandem ratione sedarent: et hi re infecta in urbem redierunt. Uterque enim rex instructo exercitu tertio bellum instaurant, proeliumque initum, qui superior aliquantulum Henricus visus est. Qui occasionem contra pontificem quaerens, Romam novissime legatos misit, a pontifice postulans, ut Rodulphum regni occupatorem execratione feriret: quod nisi statim faceret, comminatus est, se alium Papam, qui nefarii tyranni cupiditatem reprimeret, creari curaturum. Quod quum facere pontifex renueret (hominem enim manditum, ac damnare nollle dicebat) eo furoris Henricus processit, ut non tam bello regis Rodolphi premeretur, schisma procul dubio in ecclesia, novo pontifice constituto, excitasset, quod, eo paulo post occiso, fecit.

13. Sequutus est annus MLXXX quo pontifex in septima synodo lateranensi, eadem quae supra de sacerdotiorum investituris decreta renovavit, et aliquot episcopos qui episcopatus a Caesare susceperant devovit, ipsumque imperatorem gravissimo anathematis formula denuo excommunicavit, et omnes ei adhaerentes episcopos sacerdotiis suis exuit, et praesertim ravennatem, mediolanensem, et aliquot alios. Cuius anathematis exemplum hoc est, « Beate Petre princeps apostolorum, et tu beate Paule do-

» ctor gentium, dignemini quaeso aures vestras ad me inclinare, meque clementer exaudire: qui veritatis estis discipuli et amatores, adiuvate ut veritatem vobis dicam, omni remota falsitate, quam omnino detestamini, et fratres mei mihi melius acquiescant, et sciant, et intelligant quia ex vestra fiducia post Deum, et matrem eius semper virginem Mariam, pravis et iniquis resisto, vestris autem fidelibus auxilium praesto. Vos enim scitis quia non libenter ad sacrum ordinem accessi, et invitus ultra montes cum domno papa Gregorio abii, magis invitus cum domno meo papa Leone ad vestram specialem ecclesiam redii, in qua utcumque vobis deservivi. Deinde valde invitus cum multo dolore et gemitu et planctu in throno vestro valde indignus sum collocatus. Haec ideo dico, quia non ego vos, sed vos elegistis me, et gravissimum pondus vestrae ecclesiae super me posuistis. Et quia super montem excelsum me iussistis ascendere, et clamare, atque annuntiare populo Dei scelera eorum, membra diaboli contra me coeperunt insurgere, et usque ad sanguinem praesumpserunt in me manus suas inicere. Astiterunt enim reges terrae, et principes saeculares, et ecclesiastici saeculares etiam, et vulgares convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus me Christum eius, dicentes: disrumpamus vincula eorum, et proiciamus a nobis iugum ipsorum; et ut me omnino aut morte aut exilio confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere.

14. » Inter quos specialiter Henricus, quem dicunt regem, Henrici imperatoris filium, contra vestram calcaneum erexit ecclesiam, facta cum multis episcopis ultramontanis et italicis conspiratione, anhelans me deiciendo eam sibi subiugare, cuius superbiae vestra restitit auctoritas, eamque vestra destruxit potestas. Qui confusus et humiliatus ad me in Longobardiam veniens, absolutionem ab excommunicatione quaesivit, quem ego videns humiliatum, multis ab eo promissionibus acceptis de suae vitae emendatione, solam ei communionem reddidi, non tamen in regno a quo eum in romana synodo deposueram instauravi, nec fidelitatem omnium qui ei iuraverant vel erant iuraturi, a qua omnes absolvi in eadem synodo, ut ei servaretur praecepi. Et hoc ideo detinui, ut inter eum et episcopos, vel principes ultramontanos, qui ei causa iussionis vestrae ecclesiae restiterant, iustitiam facerem, vel pacem componerem, sicut ipse Henricus iuramento per duos episcopos mihi promisit. Praedicti autem episcopi et principes ultramontani audientes illum non servare mihi quod promiserat, quasi desperati de eo, sine meo consilio, vobis testibus, elegerunt sibi in regem Rodulphum ducem. Qui rex Rodulphus festinanter ad me misso nuntio indicavit, se coactum regni gubernacula suscepisse, tamen se esse paratum mihi omnibus modis obedire, et ut hoc verius credatur, semper ex eo tempore eundem mihi misit sermonem adiciens, etiam filio suo obside, et fidelis sui ducis Bertaldi filio, quod promittebat firmare. Interea Henricus coepit me precari ut eum contra praedictum Rodulphum adiuvarem, cui respondi me libenter facturum, audita utriusque partis ratione, ut scirem cui iustitia magis faveret; ille vero putans suis viribus eum posse devincere, meam contempsit responsionem. Postquam autem persensit se non posse sicut speravit agere, duo episcopi Verdunensis videlicet, et Osnabrugensis de consentaneis eius Romam venerunt, et in synodo ex parte Henrici me ut ei iustitiam facerem rogaverunt, quod et nuntii Rodulphi fieri laudaverunt.

15. » Tandem aspirante Deo, sicut credo, statui in eadem synodo in partibus ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax statueretur, aut ei amplius iustitia fa-

» veret, cognosceretur. Ego enim, sicut mihi vos testes estis, paratus et sum, us-
» que hodie nullam partem disposui adiuvare, nisi eam cui plus iustitia faveret. Et
» quia putabam quod iniustior pars colloquium nollet fieri, ubi iustitia suum locum
» servaret, excommunicavi et anathemate alligavi omnes personas, sive regis, sive
» ducis, aut episcopi, seu alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impedirent,
» ut non fieret. Praedictus autem Henricus cum suis fautoribus non timens periculum
» inobedientiae, quod est scelus idololatriae, colloquium impediendo excommunicationem
» incurrit, et se ipsum anathematis vinculo obligavit, magnamque multitudinem chri-
» stianorum morti tradidit, et ecclesias fecit dissipari, et totum paene Teutonicorum
» regnum desolationi dedit. Quapropter confidens de iudicio et misericordia Dei,
» eiusque piissimae matris semper virginis Mariae, fultus vestra auctoritate, saepe
» nominatum Henricum quem regem dicunt, omnesque fautores eius, excommunica-
» tioni subicio, et anathematis vinculo alligo, et iterum regnum Teutonicorum, et
» Italiae ex parte omnipotentis Dei et vestra, interdicens ei omnem potestatem, et
» dignitatem illi regiam tollo, et ut nullus christianus ei sicut regi obediat interdico,
» omnesque qui ei iuraverunt vel iurabunt de regni dominatione, a iuramenti pro-
» missione absolvo. Ipse autem Henricus cum suis fautoribus in omni congressione
» belli, nullas vires nullamque in sua vita victoriam obtineat. Ut autem Rodulphus
» regnum Teutonicorum regat et defendat, quem elegerunt Teutonici sibi in regem,
» ad vestram fidelitatem ex parte vestra, dono, largior, et concedo, omnibus ei
» fideliter adhaerentibus absolutionem omnium peccatorum, vestramque benedictio-
» nem in hac vita et in futura, vestra fretus fiducia largior. Sicut enim Henricus
» pro sua superbia, inobedientia, et falsitate a regni dignitate iuste abicitur, ita
» Rodulpho pro sua humilitate, obedientia, et veritate, potestas et regni dignitas
» conceditur. Agite nunc quaeso, patres et principes sanctissimi, ut omnis mundus
» intelligat et cognoscat, quia potestis in caelo ligare et solvere, potestis in terra
» imperia, regna, principatus, ducatus, marchias, comitatus et omnium hominum
» possessiones pro meritis tollere unicuique et concedere. Vos enim patriarchatus,
» primatus, archiepiscopatus, episcopatus, frequenter abstulistis pravis et indignis, re-
» ligiosis vero viris dedistis. Si enim spiritualia iudicatis, quid de saecularibus vos
» posse credendum est? Et si angelis dominantibus omnibus superbis principibus
» iudicabitis, quid de illorum servis facere potestis? Addiscant nunc reges, et omnes
» saeculi principes, quanti vos estis, quid potestis, et timeant parvipendere iussio-
» nem ecclesiae vestrae, et in praedicto Henrico tam cito iudicium vestrum exercete,
» ut omnes sciant quia non fortuito, sed vestra potestate cadet et confundetur
» (utinam ad poenitentiam!) ut spiritus sit salvus in die Domini. Actum Romae nonis
» martii indictione III. »

16. In eo concilio pontifex Robertum Guiscardum Apuliae et Calabriae ducem sollemni more tradito vexillo beneficiario iure constituit. Haec audiens imperator supra quam credi potest ira et furore succensus, capto ostiensi episcopo ex legatione redeunte, duos contra Gregorium VII episcoporum conventus celebravit, primum Moguntiae in pentecoste XIX episcoporum, ubi contra eumdem quaestionem instituit, ut eum pontificatu privaret, alterum Brixini in Norica XXX episcoporum male sentientium et multorum Italiae et Germaniae procerum, in quo Gregorio VII in ordinem reducto, Guibertum ravennatem archiepiscopum VII kal iulii, anno Domini MLXXX romanum pontificem in schismate, Clementis III nomine indito, designavit, et cum

omnibus ibi praesentibus humi prostratus eum tamquam legitimum Papam veneratus est. Eius ferrei caesaris impiissimi decreti exemplum eiusmodi est. « Quia constat illum » non a Deo electum, sed a se ipso cum fraude et pecunia impudentissime obiectum, » qui ecclesiasticum subvertit ordinem, qui christiani imperii perturbavit regnum, » qui regi catholico ac pacifico corporis et animae intentat mortem, qui periurum » defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, » inter fratres scandala, inter coniuges divortia, et quidquid quiete inter pie vi- » ventes stare videbatur, concussit; nos auctore Deo congregati in unum, legatis ac » litteris freti decem et novem episcoporum die sancto praeterito pentecostes Mo- » guntiae congregatorum contra eumdem Hildebrandum procacissimum, sacrilegia ac » incendia praedicantem, periuria et homicidia defendentem, catholicam et aposto- » licam fidem de corpore et sanguine Domini in quaestionem ponentem, haeretici » Berengarii antiquum discipulum, divinationum ac somniorum cultorem, manifestum » necromanticum, pythonico spiritu laborantem, et idcirco a vera fide exorbitantem, » iudicamus canonice deponendum et expellendum, et nisi ab ipsa sede his auditis » descenderit, in perpetuum condemnandum. Facta sunt autem haec VII kal. iulii » feria V, indictione III. »

17. Ceterum imperator Clementem III in Italiam mittens, ipse immenso coacto exercitu contra Rodulphum movit, ac proelio commisso ad IV idus octobris in Misnia iuxta amnem Elstram cruentam victoriam, interfecto Rodulpho, obtinuit. Quo mortuo, et in Merseburgo sepulto, rebusque ad tempus in Germania constitutis, ingenti animo Caesar molitus expeditionem in Italiam contra Gregorium VII adiit, ut eo pontificatu et urbe moto Clementem III, a quo imperator coronaretur, in apostolica sede sibi locaret. Per id tempus Hermannus saxo comes Lucemburgi a Saxonibus, et gregoriana factione imperator contra Henricum IV in scismate in Germania creatus, imperavit in Saxonia annos VI menses aliquot. Anno Domini MLXXXI Gregorius VII octavum concilium Laterani celebravit, in quo contra Henricum, et Guibertum ipsorumque complices, anathema renovatum est. Actumque de urbe contra ipsorum arma tuenda. Delectus itaque habiti, praesidia urbi per stationes collocata, populus romanus sacramento pro pontifice adactus, urbsque leoniana et moles Hadriani munita. Interim Henricus cum pseudo-papa Romam hostili animo accedens, in pratis neronianis castra metatus est. Romanis vero strenue ei resistentibus, biennio urbem obsedit, et crebris incursionibus romanum agrum vexavit, incendit, et populatus est, ac populum romanum ad magnam inopiam redegit. Romanorum incredibilis tum fuit in tuendo pontifice duobus perpetuis annis constantia. Caesar aperta vi parum proficiens, id per insidias et dolos se obtinere posse speravit, quod armis non fuerat. Episcopum itaque ostiensem, quem diu in vinculis habuerat, et omnes Romanos eo bello captos primum sine pretio liberos dimisit, Romanis deinde euntibus totum iter praebuit, a bello et Romanorum vexatione quievit, et se velle cum Gregorio papa in gratiam aequis conditionibus redire, quarum populum romanum arbitrum esse sibi placere, atque ab eo coronari velle, ubique edixit. Quae populus ex animo ab imperatore dici facile sibi persuadens, tot calamitatibus afflictus, Gregorium impulit, ut pacem cum imperatore faceret. Pontifex qui Henrici insidias optime noverat, constantissime se eam facturum recusavit, nisi Caesar absque ulla pactione se atque imperium pontificis fidei permitteret. Quae quum Henricus se facturum tamquam iniqua postulata recusaret, et pontifex nullam pacis mentionem nisi hac conditione se susce-

ptorum affirmaret, Romani tot cladibus et diuturna obsidione coacti, longeque deteriora mala subire veriti atque totius dissidii culpam in Gregorium reiicientes, regem in urbem IV kal. ianii anno Domini MLXXXIII recipiunt. Caesare urbem ingresso pontifex se confestim in Hadriani molem recepit, ubi aliquamdiu obsessus est, acriter qui in praesidio erant arcem ipsam defendentibus. Interim imperator obsidionem in longum trahi frustra cernens, pacis conditiones fraudulenter cum pontifice tractare coepit. Quas cum pontifex improbaret, aestivi caloris vim ferre non potens, urbe XX obsidibus acceptis excessit, et romanis proceribus negotium componendae controversiae dedit.

18. Interim dum imperator urbe abesset, pontifex anno MLXXXIII novum concilium Lateran. XIII kal. octobris celebravit in quo quae superioribus decretis sanciverat firmavit. Imperatore statuto tempore in urbem redeunte, pontifex in Hadriani molem denuo se recepit. Qui quum nullas pacis conditiones, quae sibi ab imperatore praeter canones offerebantur, admittere vellet, iratus imperator anno MLXXXIV Clementem III. antipapam a schismaticis episcopis consecrari fecit, a quo vicissim imperiali diademate cum uxore Bertha coronatus est. Huic schismati circiter XII cardinales Gregorii VII qui ab eo defecerant, in gratiam imperatoris consensere. Quibus actis imperator ad molis hadrianae, in qua Gregorius erat, expugnationem conversus, cognito Roberti Guiscardi Apuliae ducis in auxilium Gregorii valido cum exercitu adventu, urbe cum antipapa propere exivit, et Senas petiturus, ubi Guibertum reliquit, deinde in Germaniam, ut res novas in ea provincia concitatas reprimeret, rediit. Postridie eius recessus Guiscardus ad urbem accedens ipsam, per portam Flaminiam a gregorianae factionis aliquot civibus studiosis sibi deditam, irrupit, Romanisque imperatoriae partis sibi resistentibus profligatis, urbis partem a sancto Laurentio in Lucina usque ad sanctum Silvestrum incendit. Ad arcem Angeli accedens, Papam multis incommodis afflictum inde securum eduxit. Quumque Lateranum versus contenderet, Capitolium quod eadem factio munierat, expugnatum solo aequavit. Inde populo sibi adhuc repugnante, reliquam urbis, quod inter amphiteatrum et formas lateranenses est, incendio consumpsit, et quotquot obvios ex civibus habuit, sibi resistentes interfecit, deditos vero in Calabriam relegavit. Ita capta et expugnata Roma, fortunisque civium militibus in praedam datis, pontificem in palatium lateranense reduxit: quem paulo post Romanorum perfidiam veritus et omnes ei consentientes cardinales, urbe eductum Casinum primo, deinde Salernum secum adduxit. Ubi anno qui secutus est Christi MLXXXV die dominico, VIII kal. iunii unicus ecclesiae romanae et fortissimus assertor, sanctissime septuagenario maior moritur. Cuius corpus ibidem in ecclesia sancti Matthaei cathedrali, marmoreo tumulo conditum est. Vacavit tum sedes, henriciana factione catholicam ecclesiam persequente, annum unum. Quo interregno XVI kal. augusti Robertus Guiscardus nobilissimus et fortissimus Northmannorum in Apulia dux, apud promontorium Cassiopeium insulae Corcyrae sexagenario maior moritur, Salerni in cathedrali ecclesia sancti Matthaei sepultus, qui principatus in Apulia heredem filium Rogerium, Rogerio vero alteri fratri suo Siciliam ab se acquisitam comitatus titulo reliquit.

19. De perniciosa inter Henricum IV imperatorem et Gregorium VII papam discordia plures horum et sequentium temporum docti et graves viri commentaria et historias edidere: pro imperatore quidem contra pontificem Hugo Candidus tridentinus ex presbytero cardinale tituli s. Clementis episcopus praenestinus, qui a Gregorio VII cuius partes prius secutus fuerat, ad Clementem III. deficiens, eumque le-

gatione functos, multarum etiam Gregorio calamitatum, vir factiosus, auctor fuit. Benno germanus S. R. E. archipresbyter cardinalis, qui et ipse in imperatoris gratiam a Gregorio discedens, libellum scripsit, non tantum presbytero romanae ecclesiae, sed ne christiano quidem dignum, quo Gregorium ipsum, et aliquot eius praedecessores romanos pontifices nefarie insectatur, conviciis, maledictis, mendaciis, anilibus figmentis, et imposturis refertissimum. Rolandus quidam ecclesiae parmensis presbyter, Sigebertus monachus gemblacensis, Helmoldus presbyter danus, Valramus naumburgensis praesul, et Venricus germanus ex clerico ecclesiae trevirensis vercellensis episcopus, vir in divinis scripturis eruditus. E contra pro Gregorio contra Henricum scripsere viri pii, docti, prudentes, ecclesiasticae honestatis amatores, Victor III, Urbanus II, Paschalis II, romani pontifices, qui Gregorio statim successere, Lambertus schafnaburgensis homo germanus, et monachus hirsfeldensis, qui Gregorii tempore vixit, Stephanus qui et Herrandus germanus, ex abbate ilsenburgensi halberstatensis episcopus, Dodechinus abbas sancti Disibodi, Paulus bernriedensis presbyter, Gerohus reichenspergensis, et Anselmus lucanus episcopus. Quorum non alienum ab hoc instituto erit aliquot de Gregorii VII pietate, virtute et rebus praeclare gestis testimonia subnectere.

20. Victor III, papa Gregorii VII in pontificatu successor, in synodo beneventana praesidens dixit. « Novit vestra dilectio, carissimi fratres episcopi, neque latet orbem universum sanctam romanam et apostolicam sedem, cui Deo auctore deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacae haereseos trapezitas, malleis tunsionibusque perfracta sit, adeo ut columna Dei vivi videretur iam paene concussa nutare, et sagena summi piscatoris intumescentibus fluctibus disrumpi, ac naufragii sorte perire. Guibertus vero haeresiarcha qui vivente sanctae memoriae praedecessore meo Gregorio papa romanam invasit ecclesiam, antichristi praecursor, et satanae signifer, oves Christi disperdere, mactare, laniareque non desinit. Incitator enim incentorque malorum factus, quantas Gregorio papae iniurias, quas persecutiones, quot clades intulerit, referre quis possit? Excitavit contra eum coniurationes, et quem conspirationis auctor fugavit urbe, et sacerdotio quantum in se fuit simoniacus periurusque privavit. Commovit adversus eum romanum imperium, concitavit gentes et regna, et quod a saeculo est inauditum, excommunicatus ipse atque damnatus, sanctum pontificem excommunicare praesumpsit. Romanam urbem hactenus sacrilegiis, caedibus, periuriis, conspirationibus, flagitiis, et vitiorum omnium ludibrio profanare non desinit, et Simonis magi perfidia incensus, nequitiae suae complices, ad tam impium et execrabile facinus evocans, coacto imperatoris exercitu apostolicae sedis invasor effectus est: contra praecepta evangelica, contra prophetarum apostolorumque decreta, contra canonum et romanorum pontificum iura, nullo cardinalium episcoporumque praecedente iudicio, nullo romani cleri approbante suffragio, nullo devoti populi requisito consensu, in sancta romana ecclesia totius nequitiae ac perditionis caput effectus est. Sed omnipotentis Dei potentia, cum iam dictum Gregorium pontificem, post labores ac certamina plurima ad aeternam requiem evocasset, et nostrum concordes episcopi, et cardinales, provincialesque antistites, una cum romano clero ac populo parvitatem nostram, modis omnibus contradicentem ac renitentem, apostolicae sedi praefecissent, non timens aeterni imperatoris iudicium, nunc usque Christum et oves eius, pro quibus ille fudit sanguinem suum, persequi non omittit. Idcirco auctoritate Dei, et beatorum

» apostolorum Petri et Pauli, omniumque sanctorum, omni illum sacerdotali officio
» et honore privatum, et a liminibus ecclesiae separatum, anathematis vinculo inno-
» damus. »

21. » Urbanus II episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Alfano salerni-
» tano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Singulare semper sedis
» apostolicae privilegium claruit subiectas sibi per orbem terrarum ecclesias, et au-
» ctoritate disponere et benignitate clementius confovere. Quibus autem supernae
» maiestatis dignatio gratiae suae pleniorem contulit largitatem, ipsis etiam conve-
» nit excellentiorem contribuere dignitatem. Unde non immerito aestimamus saler-
» nitanam ecclesiam amplioribus nostrae benignitatis muneribus honorandam, quam
» omnipotens Dominus eximiae suae devotionis praerogativa per misericordiam gra-
» tuitam sublimavit. Ex novissimis namque terrarum finibus beati Matthaei apo-
» stoli et evangelistae corpus ad hanc deferri, apud hanc haberi clementissima suae
» dispositionis dignatione permisit, cuius scilicet apostoli quanta sit Deo et ecclesiae
» gloriae excellentia, collatorum divinitus munerum gratia cumulata demonstrat. Hic
» enim primus inter ceteros evangelii seriem scribere inspiratione divina exorsus est.
» Hic in divini sermonis lusu trium ordinum coronam certissimam singularitate reper-
» tavit ut simul apostolus et evangelista et martyr consisteret. Adiecit ad haec om-
» nipotens Dominus ut eamdem ecclesiam gloriosorum martyrum Fortunati, Caii, et
» Anthes triumphis simul et corporibus honoraret. Apposuit etiam tanti muneris cla-
» ritatem, ut eam nostris temporibus Gregorii apostolicae memoriae septimi papae
» tam vita, quam tumulo illustraret. Cuius quam egregia vita, quam praeclara
» doctrina, quam miranda constantia fuerit, romana ecclesia praedicat, occidens uni-
» versus agnoscit, tyrannorum pertinacia superata et conculcata testatur. Nec illud
» tamquam ingrati praetermittimus, quod inter multimodas sedis apostolicae per-
» secutiones, quas nostris temporibus pertulit ecclesia, eadem gloriosissimorum du-
» cum Roberti, et filii eius Rogerii devotione ac studio, filiis sedis apostolicae non
» nunquam etiam nostri ipsius requies, et portus fuit. Cum igitur per omnipotentis
» Dei gratiam sedis apostolicae licet indigni, moderamina teneamus, tantis divinae
» gratiae beneficiis, et vestrae devotionis officiis per sanctae romanae ecclesiae li-
» beralitatem occurrendum ac respondendum arbitrati sumus, ob reverentiam siqui-
» dem sanctae et gloriosae semperque virginis Dei genitricis Mariae ac beati apo-
» stoli et evangelistae ac martyris Matthaei, ob devotionem reverendissimi patris et
» praedecessoris nostri Gregorii, ob petitionem nihilominus tam tuam, quam carissimi
» filii nostri ducis Rogerii, qui semper apostolicae sedi fideliter obsecutus est, verum
» etiam ecclesiae vestrae privilegiorum rationibus informati, tibi deinceps tuisque suc-
» cessoribus super Consanam et Acheruntinam ecclesias et earum suffraganeos pri-
» matum gerere, ex apostolicae sedis liberalitate concedimus. »

22. Anselmus lucensis episcopus, vir litteris eruditus, ingenio acutissimus, facundia praecipuus, et quod omnibus maius est, in Dei timore et sancta conversatione nominatissimus, adeo ut etiam tam in vita quam post mortem referatur miraculis clarus, qui eiusdem Gregorii VII tempore vixit, et ad quem multae ipsius Gregorii papae extant epistolae, in epistola quadam ad Guibertum ravennatem archiepiscopum, apostolicae sedis invasorem scribens 1), inter reliqua illum praevaricatorem et superbum nominans ait.

1) Extat haec Anselmi epistola, vel potius opusculum contra Guibertum apud Waddingum (ex Canisii antiq. lect.) post ipsius Anselmi vitam.

« Ut ergo de beato Gregorio patre nostro dicam, quod de Cornelio scripsit beatus Cyprianus [1], factus est episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum paene omnium testimonio, de plebis quae tunc aderat suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Alexandri locus, idest cum locus Petri et gradus sacerdotalis cathedrae vacaret. Quo occupato et de Dei voluntate atque omnium nostrum consensu ordinato, quisquis iam episcopus voluerit fieri, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem qui ecclesiae non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet multum de se iactans, et sibi plurimum vindicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum, secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus debet esse, factus est, iam non secundus ille, sed nullus est. »

[1] Lib. IV ep. ad Antonian.

23. Lambertus schafnaburgensis monachus hersveldensis in Bochonia silva, quae est inter Hassiam et Turingiam in moguntina dioecesi, qui tempore eiusdem Gregorii VII vixit ubique, in historia germanica temporum suorum, quam accuratissime et eleganterque ad annum Christi MLXXV scripsit, ita de eodem sancto pontifice scribit « Alexander II papa, qui et Anselmus, decessit. Romani protinus, inconsulto rege Henrico, successorem elegerant Hildebrandum virum sacris litteris eruditissimum, in tota ecclesia tempore quoque priorum pontificum omni virtutum genere celeberrimum. Hunc quoniam zelo Dei ferventissimus erat, episcopi Galliarum protinus grandi scrupulo permoveri coeperunt, ne vir vehementis ingenii, et acris erga Deum fidei districtius eos pro negligentiis suis quandoque discuteret. Atque ideo communibus omnes consiliis regem adorti orabant, ut electionem, quae eo iniussu facta fuerat, irritam fore decerneret, malum hoc non in alium gravius quam in ipsum regem redundaturum esse. Statim rex a latere suo Eberhardum comitem misit, qui romanos proceres conveniens, causam ab eis sciscitaretur, quare praeter consuetudinem maiorum, rege inconsulto, romanae ecclesiae pontificem ordinassent, ipsumque si non idonee satisfaceret, illicite accepta dignitate abdicare se praeciperet. Is veniens Romam benigne a praefato viro susceptus est. Cumque illi mandata regis exposuisset, respondit, se Deo teste honoris huius apicem nunquam per ambitionem affectasse, sed electum se a Romanis et violenter sibi impositum fuisse ecclesiastici regiminis necessitatem; cogi tamen nullo modo potuisse ut ordinari se permitteret, donec in electionem suam tam regem, quam principes teutonici regni consensisse certa legatione cognosceret. Hac ratione distulisse adhuc ordinationem suam, et sine dubio dilaturum, donec sibi voluntatem regis, certus inde veniens nuntius intimaret. Hoc ubi regi est renuntiatum, libenter suscepit satisfactionem, et laetissimo suffragio, ut ordinaretur mandavit, quod die festo apostolorum factum est. Et paulo infra: at apud omnes sanum aliquid sapientes luce clarius constabat falsa esse quae dicebantur. Nam et Papa tam eximie tamque apostolicam vitam instituebat, ut nec minimam sinistri rumoris maculam conversationis eius sublimitas admitteret, et illa in urbe celeberrima, atque in tanta obsequentium frequentia obscenum aliquid perpetrans latere nequaquam potuisset. Signa etiam et prodigia quae per orationes Papae frequentius fiebant, zelus eius ferventissimus pro Deo et pro ecclesiasticis legibus, satis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant. »

24. Otho frisingensis episcopus, qui paulo post Gregorii VII mortem vixit, historiarum libro VI cap. XXXIV: « Anno sequenti Alexander II vita et sacerdotio perfunctus decessit, sedemque Hildebrando archidiacono suo, qui Gregorius VII dictus

» est, reliquit. Exinde schisma gravissimum, eo quod absque consensu regis per ele-
» ctionem constitutus fuerat, oritur. Ipse autem qui per multum tempus ad libertatem
» ecclesiae obtinendam privatus laboraverat, iam ad sacerdotalem dignitatem prove-
» ctus a coepto desistere indignum ducens, tam ab hoc, quam pro simonia extir-
» panda ac incontinentia clericorum reprimenda, plurimum desudabat. Denique non
» solum regem pro huiusmodi ad synodalia responsa crebro vocavit, sed et datis
» decretis, clericorum a subdiaconatu et supra, connubia in toto orbe romano co-
» hibuit, formaque gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonstravit, ac fortis
» per omnia athleta murum se pro domo Domini ponere non timuit. »

ANONYMUS DE MORTE EUGENII IV.

Cod. vat. 695. 1. Cum desperata salus Eugenii videretur, coepit archiepiscopus florentinus, vir omnium iudicio bonus, extremam unctionem afferre. Cui Pontifex: Quid est? Tu me, inquit, inungas? Credis me tempus nescire? Satis ego adhuc sum fortis: cum aderit hora, admonitum te faciam: sinis modo. Pugnabat adversus mortem intrepidus pater, atceptque diu proelium tenuit: nec medicorum satis certum erat iudicium. Hoc cum accepisset Alphonsus rex Aragonum: quid mirum, inquit, si comitem Franciscum, si Columnenses, si me, si totam Italiam bello impetiit Eugenius, qui ausus est cum morte pugnare, nec facile succubuit? At cum certa mortis signa supervenissent, accersiti sunt cardinales, quos in hunc modum alloquutus est Eugenius. «Meum
» tempus, meusque dies est, venerabiles amatique fratres: moriendum est mihi,
» nec de naturae legibus queror: diu vixi, et honoratus. Utinam officio meo satis
» fecissem! Sed voluntatem magis quam operam inspicit Deus. Mihi pontificatus, etsi
» speravi, non tamen ambienti obvenit. Multa acciderunt adversa dum sedi aposto-
» licae praefuimus, non tamen ideirco minus acceptos Deo nos credimus, quia quos
» diligit Deus corripit atque castigat: nec male actum esse cum hominibus credo,
» qui cum fortunae varietate luctantur: sed esse arcanas causas, ad quas nulla mor-
» talium curiositas potest pervenire. Utcumque res hactenus transiverint, nobis ma-
» ximum solamen est, ante quam oculos claudamus, reunitam ecclesiam cernere.
» Hoc Frederico filio nostro Romanorum regi, Theodericoque moguntino fratri no-
» stro, et dilecto filio marchioni Brandeburgensi ascribimus. Ceterum quia iam ho-
» rae nostrae subripiuntur, modicumque vobiscum ero, quia vocor ad iudicem re-
» gem et patrem, testari prius volui, testamentumque domini nostri Iesu Christi
» vobis relinquere, qui transiturus ex hoc mundo ad patrem, pacem meam, inquit,
» do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ego vos omnes, praeter unum, Cardinales
» creavi, et illum unum quasi filium tractavi, amavique omnes, meique estis fra-
» tres. Obsecro, dulcissimi, servate vinculum pacis, diligite invicem, non sint inter
» vos schismata, adimplete legem Christi, et alter alterius onera portate. Mox va-
» catura est apostolica sedes, scitis quem virum cupiat hoc solium. Eligite succes-
» sorem, qui vos doctrina et moribus superet. Nulla vos affectio seducat, non pri-
» vatas res, sed publicas consulite: ceterum si me audieritis, potius mediocrem vi-
» rum unanimiter, quam praestantissimum discorditer eligetis. Ubi pax, ibi et spi-
» ritus Dei est. Nuper unionem effecimus, sed radices schismatis nondum evulsi-
» mus. Cavete ne pullulet, ne germinet, ne vos ipsi fomentum scismati praebeatis.
» Salva ecclesia est, si concordes eritis, misera, si discordes. Sed ista circumspectioni

» vestrae magis paterne, quam necessarie dicimus, qui pro vestra prudentia non ignoratis quid ecclesiae conveniat dignitatique vestrae. Verum ne, me mortuo, de funere disputetis, quod in caerimoniis pontificum scriptum est id solum facite; nemo amplius agat, nec funus adornet inanis abeant pompae et inanis gloria sepulturae. Apud Eugenium tertium humili loco sepeliri libet; si quis impedimento fuerit, anathema sit »

2 Excusat omnibus lacrymas. Cum tamen instarent plerique revocari ab exilio Cardinalem capuanum, nequaquam obtinuere. Quod plerique sinistre interpretati sunt, absurdumque dicebant romanum Pontificem etiam in extremis laborantem odii custodem esse. Sed interpretantur omnes malum, quam bonum facilius. Non odium erat odium in Pontifice, qui potestatem hominem occidendi habuit, pepercitque, sed nescitis, inquit, quid petatis et vobis desiderium eius, et illi exilium magis convenit. Post haec laudavit Eugenium florentinus. Ibi in cathedra sancti Petri vitalibus animantis viribus, invictum altumque spiritum exhalavit die vigesima quinta februarii, anno Domini MCDXLVI. Corpus eius balsamo conditum per triduum diem populo patuit, atque inde sepultum est apud sanctum Petrum in Vaticano iuxta Eugenium tertium, ut mandaverat. Vix Pontificem invenies, sub quo plura, et adversa et secunda contigerint. Is concilium congregavit, dissolvitque. In bella quam plurima gessit, vicit atque succubuit sententiam depositionis sub nomine concilii adversus se perpessus est; et ipse deponentes deposuit. Adversarium et competitorem in pontificatu habuit. Neutralitas eo Pontifice (res nova et inusitata) coepit. Perdidit Alamanniam, et recuperavit. Graecos ad unionem redegit. Iacobitis evangelicam ignorantibus legem dedit. Adversus Turcas classem misit, legatoque Iuliano in Hussitas potestatum praebuit. Sigismundo Caesari prius bellum intulit, post diadema concessit. Archiepiscopos episcoposque dignitate privavit. Nec Cardinales, nec Electores imperii, reliquit intactos. Sanctum Nicolaum de Tolentino canonizavit. Romae captus est, fugit, rediit. Marchiam perdidit, recuperavitque. Braccium in agris iacentem et communicatum, mortuum absolvit. Iohannem Vitellescum sublimem fecit, post capi, qui mortem in carcere obiit. Bononiam recuperavit, postea amisit. Regi Aragonum infestus fuit, post illi regnum confirmavit. Venetorum prius amicus, deinde suspectus haberi coepit. Alti cordis fuit, sed nullum in eo maius vitium fuit, nisi quia nec mensura erat, et non quod potuit, sed quod voluit, aggressus est.

3 Cardinalis capuanus, ut audivit Eugenium mortuum, Romam venit, magnoque populi et cleri favore exceptus est, exequiisque interfuit, et pro illo preces effudit, qui eum ipsum in exilium miserat. Magni consilii vir fuit, multarumque litterarum, aetate ac moribus maturus: multi papatum illi auspicabantur, sed non quae populi est opinio, eadem est senatus: raro vulgus cum sapientibus sentit. Pauci ex Cardinalibus remotiores illi fuerunt ab summo pontificio. In post electionem factam, morbum monstrant, Eugeniumque mortem secuti sunt. Eugenio duo funerei sermones facti sunt, alterum Malatesta quidam ex genere auditorum, alterum Cardinalis bononiensis 1) fecit; prior, atque ultima exequiarum die; ille vitam Eugenii commendavit, hic obitum. Ille qualis fuerat Eugenius enarravit, hic qualis eligi deberet successor edocuit. Commonitus est extremum iudicium Cardinalibus si amore, si odio, si aliquo affectu indigno in electione uterentur, tantaque vehementia locutus est, ut angelum non hominem sermocinari putarent, pluresque ei summum pontificium augurarentur.

1) Is qui Eugenio successit, nempe Nicolaus V.

MONITUM

In codice misello peruetusto vaticano 1964, *olim reginae sueciae, invenimus hanc Marci anachoretae et episcopi historiam Britonum, partim fabulis ut tunc erant tempora et absurditatibus inquinatam, partim tamen veracem, et cum sua antiquitatem britannorum et praesertim genealogiarum narratione satis aestimabilem. Marci huius idoneam notitiam praebet Ekkehardus sancti-gallensis monachus apud Mabillonium act. ss. Ben. T. VI ad ann.* 884, *qui locus ob aliorum traditionem praeviam, a nobis necessario exscribendus est: « Grimaldi abbatis temporibus Marcus quidam scotigena episcopus Galliam tamquam compatriotam eum, Romam rediens visitat.*
» Comitatur eum sororis filius Moengal, postea a nostris Marcellus diminutive a Marco avunculo » sic nominatus: hic erat in divinis et humanis rebus eruditissimus. Rogatur episcopus loco » nostro aliquandiu stare, alicnto nepote. Diu secum deliberantes, vix tandem consenserunt etc. » Sociis dimissis, quibus impedimenta, id est equos et pecuniam distribuit, libros sibi reservavit. » Remansit episcopus cum nepote, et paucis suae linguae apparitoribus. » Pergit dicere Mabillonius: « demum vero Marcus a Carolo calvo rege invitatus secessit in sancti Medardi monasterium » suessionense, ubi reliquum vitae exegit miraculis illustratus. » De praedicto Marco breviter eadem narrat idem Mabillonius in annalibus Ben. T. II ad an. 844. *Satis haec quidem ad hominis notitiam, verumtamen hoc eius opus historicum neque Ekkehardus neque Mabillonius memorant, quod Marcus composuisse videtur in suessionensi monasterio olim. Habemus igitur novum saeculi noni scriptorem, in codice qui ab auctoris aetate parum abest: cuius nos codicis initium incidendum aere curavimus, non tam ut scripturae vetustatem ostenderemus, quam ut antiqua britannicarum urbium nomina absque ulla typographici erroris suspicione, a studiosis antiquitatum suarum Anglis legerentur, qui et exstant historici sui erroribus indulgebant, atque eos a suo operum corrigi postulabant, sed alterum hoc, post Dracontem normanninum, gratum manus habebunt. Initio historiae praeit in codice chronicon huiusmodi: « Ab Adam usque ad diluvium anni II XLII » A diluvio usque ad Habraham anni CCCC XLII. Ab Habraham usque ad Moysen anni DC » A Moyse usque ad Salomonem et primam aedificationem templi, anni CCCC·LXXXXVIIII. A » Salomone usque ad transmigrationem et templi (restaurationem) quae sub Dario facta est, » anni DXII computantur. Porro a Dario usque ad praedicationem domini nostri Iesu Christi, » et usque ad XV annum imperii Tiberii imperatoris explentur anni D XLVIII. Ita simul fiunt » ab Adam usque ad praedicationem Christi et XV romani imperatoris Tiberii, anni V·CC·XXVIII. » A passione Christi peracti sunt anni DCCCC·XLVI. Ab incarnatione autem eius anni DCCCC » LXXVI, et quintus annus imperii Eadmundi regis Anglorum. » (Infra videbis n.* 16, *auctor » ait se scribere hanc historiam quinto Eadmundi regis anno.) Prima igitur aetas mundi ab Adam » usque ad Noe. Secunda a Noe usque ad Habraham. Tertia ab Habraam usque ad David. Quarta » a David usque ad Danihelem. Quinta aetas usque ad Iohannem baptistam. Sexta a Iohanne » usque ad iudicium, in quo dominus noster Iesus Christus veniet iudicare vivos ac mortuos et » saeculum per ignem. » Deinde additur sub praedicto chronico brevis et neque informis imperatorum romanorum, qui in Angliam venerunt catalogus hic: « Primus Iulius. Secundus Claudius. » Tertius Severus. Quartus Carinus. Quintus Constantius. Sextus Maximus. Septimus Maximianus. Octavus alius Severus Aequantius. Nonus Constantius. »*

INCIPIT HISTORIA BRITTONUM

EDITA AB ANACHORETA MARCO

EIUSDEM GENTIS SANCTO EPISCOPO

a Brittania (a) insula a quodam Bruto consule romano dicta est. Haec consurgit ab africo boreali, ad occidentem versus DCCC in longitudine milium, CC in latitudine spatium habet. Et in ea sunt XXXIII civitates. I Cair Ebrauc (b). II Cair Ceint. III Cair Gurcoc. IIII Cair Guorthegern V Cair Gustent. VI Cair Guoranegon. VII Cair Segeint. VIII Cair Guintruis. IX Cair Merdin X. Cair Peris XI Cair Lion. XII Cair Meuepit. XIII Cair Caratauc. XIIII Cair Ceri. XV Cair Gloei. XVI Cair Luilid. XVII Cair Grant XVIII Cair Daun. XVIIII. Cair Britoc. XX. Cair Megnaid XXI Cair Mauiguid XXII Cair Ligion XXIII Cair Guent. XXIIII. Cair Collon XXV Cair Londein. XXVI Cair Guorcon XXVII Cair Lerion XXVIII Cair Draithou XXVIIII Cair Pensavelcoit (c) XXX. Cair Teim XXXI Cair Urnahc. XXXII Cair Celemion XXXIII Cair Loitcoit. Gild. I 42 a.

c. Haec sunt nomina antiquarum civitatum Brittaniae insulae, et innumerabilia promontoria, cum innumerabilibus castellis ex latere et lapidibus fabricatis. Et in ea habitant IIII gentes, Scotti, Picti, Saxones, et antiqui Brittones. Tres magnas insulas habet, quarum una vergit contra Armoricas, et vocatur insula Guerth. Secunda sita est in umbilico maris inter Hiberniam et Brittaniam, et nominatur Eubonia vel Manau. Tertia est in extremo boreali limite orbis Brittaniae ultra Pictos, et vocatur Orch. Sic in proverbio dicitur antiquo, quando de iudicibus et regibus sermo fit: iudicavit Brittaniam cum tribus insulis. Sunt in ea flumina multa, quae confluunt ad omnes partes eius, id est ad orientem et occidentem, ad meridiem et septemptrionem. Sunt tamen duo flumina praeclariora ceteris Tamensis et Sabrina, quasi duo brachia Brittaniae, per quae olim rates vehebantur ad deportandas divitias pro causa negotiationis. Brittones autem olim impleverunt eam, et a mari usque ad mare iudicaverunt. I. 1. b.

3 Si quis scire voluerit quo tempore post diluvium habitata est, hoc experimentum invenit, in annalibus autem Romanorum scriptum est. De Romanis vero et Graecis trahunt etymologiam, id est de matre Lavina, filia Latini regis Italiae, et progenie Silvani filii Inachi, filii Dardani. Idem Dardanus filius Saturni regis Graecorum perrexit ad partem Asiae, et ille aedificavit urbem Troiae. Dardanus pater Troi. Tros pater Priami et Anchisae. Anchises pater Aeneae. Aeneas pater Ascanii et Silvii. Silvius filius Aeneae et Laviniae filiae regis Italiae. Et de stirpe filii Aeneae et Laviniae orti sunt Remus et Romulus, duo filii reginae sanctimonialis Rheae (d), qui fecerunt Romam. Brutus consul fuit romanus, quando expugnavit Hispaniam, et detraxit eam in servitutem Romae, et postea tenuit Britanniam insulam, quam habitabant Brittones Romanorum filii, olim Silvio Posthumo orti. Ideo dicitur Po-

(a) In codice saepius scribitur *Brytannia* et *Bryttones*, itaque et *terra Brittones* apud eos praesertim *Brutannia*. [illegible] — (b) Superposita *Ebrauc* — (c) [illegible] — (d) [illegible].

sthumus, qui post mortem Aeneae patris sui natus est. Et fuit mater eius Lavina semper clandestina quando praegnans erat. Ideo Silvius dictus est, quia in silva natus est. Inde Silvii * dicti sunt romani reges, et Brittones qui de eo nati sunt. Sed a Bruto Brittones, et de Bruti stirpe surrexerunt.

4. Aeneas igitur post troianum bellum, cum Ascanio filio suo venit ad Italiam, et superato Turno, Laviniam filiam Latini regis Italiae in coniugium (accepit) filii Fauni, filii Pici, filii Saturni. Et post mortem Latini Aeneas regnum obtinuit Romanorum. Ascanius autem Albam condidit. Et peperit Lavinia Aeneae filium nomine Silvium. Ascanius autem duxit uxorem, quae concipiens gravida facta est. Et nuntiatum est Aeneae quod nurus sua gravida erat praegnans. Et misit ad Ascanium filium suum, ut mitteret magum suum ad considerandam uxorem suam, ut exploraret quid haberet in utero, masculum vel feminam. Et scivit magus et considerabit uxorem, et dixit Ascanio Aeneae filio quod masculum haberet in utero, et futurus esset omnium Italorum fortissimus, amabilis omnibus hominibus. Propter hanc vaticinationem occisus est magus ab Ascanio. Sic evenit in nativitate illius mulier mortua est, et nutritus est filius, vocatusque est nomen eius Bruto *. Post multum vero intervallum, iuxta vaticinationem magi, dum ipse luderet cum ponis, omnes superabat, ut omnium dominus videretur. Idcirco autem invidia expulsus est ab Italia, et anabilis * fuit, et pervenit ad insulas maris tyrreni. Et expulsus inde causa occisionis Turni, quem Aeneas occidit. Et pervenit usque ad Gallos, et ibi condidit civitatem Turonorum, quae vocatur Turnis. Et postea ad istam pervenit insulam, quae a nomine suo nomen accepit, id est Brittaniam, et implevit eam cum suo genere. Ab illo autem tempore habitata est Brittannia usque in hodiernum diem. Aeneas autem regnavit tribus annis apud Latinos. Ascanius regnavit annis XXXIII. Post quem Silvius regnavit annos XII. Posthumus annis XXXVIIII. A quo Albanorum reges Silvii appellati sunt, cuius frater erat Bruto. (Quando vero regnabat Bruto in Brittania, Heli sacerdos iudicabat in Israhel, et tunc arca testamenti ab alienigenis possidebatur.) Posthumus autem frater eius apud Latinos regnabat.

5. Post intervallum vero multorum annorum non minus octingentorum, Picti venerunt et occupaverunt insulas, quae vocantur Orcades, et postea ex insulis vastaverunt regiones multas, et occupaverunt eas in sinistrali parte Brittanniae, manentes usque in hodiernum diem. Novissime autem Scotti venerunt a partibus Hispaniae ad Hiberniam. Primus autem venit Partholomus cum mille hominibus, viris scilicet et mulieribus, et creverunt usque ad IIII milia hominum; venitque mortalitas super eos, et in una septimana omnes perierunt, ita ut ne unus quidem remaneret ex illis. Secundus autem ad Hiberniam venit Nimeth filius cuiusdam Agnominis, qui fertur navigasse super mare annum et dimidium, et postea tenuit portum in Hibernia fractis navibus suis, et mansit ibi per multos annos, et iterum navigavit cum suis reversus est ad Hispaniam. Deinde venerunt tres filii militis Hispaniae cum XXX ciulis, in unaquaque ciula habentes XXX coniuges, et manserunt ibi per spatium unius anni; et postea apparuit illis vitrea turris in medio maris, et quasi homines conspiciebant rese super turrim, et quaerebant loqui ad illos, numquam respondebant. Et ipsi uno anno ad oppugnationem turris praeparaverunt cum suis ciulis omnibus et cum omnibus mulieribus, excepta una ciula quae confracta

erat naufragio, in qua erant viri XXX totidemque mulieres. Aliae autem naves navigaverunt ad expugnandam turrim. Et dum omnes descenderent in litore quod erat circa turrim, operuit illos mare, et demersi sunt. Sed de familia illius ceolae, quae naufragio confracta remanserat, tota Hibernia impleta est usque in hodiernum diem. Et postea venerunt paulatim a partibus Hispaniae, tenueruntque regiones plurimas in Brittannia. Novissime venit quidam Hoctor *, et ibi habitavit cum omni genere suo, qui superest usque hodie. Istoreth Istorini filius cum suis tenuit Dalrieta. Builc autem tenuit cum suis Eubonium insulam, et alia circiter loca. Filii autem Liethan obtinuerunt regionem Demetorum, ut alias provincias Guoher, et Cetgueli, donec expulsi sunt a Cuneda et a filiis eius ab omnibus regionibus brittannicis. * vel. dam hoctor.

6. Si quis autem scire voluerit quanto tempore fuit inhabitabilis et deserta Hibernia, sic mihi periti Scottorum nuntiaverunt. Quando venerunt filii Israhel per mare rubrum, illos persecuti sunt Aegyptii, et demersi sunt, ut in lege legitur. Erat autem vir nobilis de Scythia cum magna familia apud Aegyptios, ante exactus de regno suo, et ibi erat quando Aegyptii demersi sunt, et non exiit ad persequendum populum Dei. Illi autem qui superfuerunt Aegyptii, facto consilio, eum, ne obsideret illorum regionem, ab eis expulerunt, quia maiores eorum in rubro mari demersi erant. At ille ita expulsus, per annos XLII circuivit per Africam, et venit cum familia ad aras Filistinorum, et per lacum Salinarum venerunt inter Rusicadam et montana Syriae, et venerunt per flumen Malvae, transieruntque per Mauritaniam, et ad columnas Herculis navigaverunt tyrrhenum mare, et pervenerunt usque ad Hispaniam, et ibi per annos habitaverunt multos, et illorum gens multiplicata est valde. Postea venerunt ad Hiberniam post mille et duos annos postquam demersi sunt Aegyptii in mari rubro. E. m. x.

7. In tempore quo regnabat Brutus (a) apud Romanos, a quo consules esse coeperunt, deinde tribuni plebis ac dictatores et consules rem publicam obtinuerunt per annos CCCCXLVII, quia prius regia dignitas dempnata fuerat. Brittones in tertia aetate mundi ad Brittanniam venerunt. Scotti autem de occidente, et Picti de aquilone unanimiter pugnabant contra Brittones, et uno actu indesinenter, quia sine armis Brittones commorabantur. Et post multum spatium temporis Romani monarchiam totius mundi obtinuerunt. A tempore quo primo Saxones venerunt in Brittanniam, usque ad annum quartum Mervini regis, computantur anni CCCCXXVIIII. A nativitate autem Domini usque ad adventum Patricii ad Scottos CCCCV anni fuerunt. A morte vero Patricii usque ad obitum sanctae Brigidae XL anni. Et a nativitate Columcillae usque ad mortem Brigidae IIII anni fuerunt.

8. Aliud experimentum didici de isto Bruto ex antiquis libris veterum nostrorum. Tres filii Noe diviserunt orbem terrae in tres partes post diluvium. Sem in Asia, Cam in Africa, Iaphet in Europa, et dilataverunt terminos suos. Primus homo venit ad Europam Alanus cum tribus filiis suis, quorum nomina Hessitio, Armenon, Neugio. Hessitio autem habuit filios IIII, Francum, Romanum, Alamannum, et Brittonem. Armenon autem habuit filios quinque, Gothum, Vualagothum, Cibidum, Burgundum, Longobardum. Neugio vero habuit III, Vandalum, E. o. b.

(a) In hoc codic. Alibi Bruto vel Britto.

Saxonum, Bogarum. Ab Histione autem ortae sunt IIII gentes, Franci, Latini, Alamanni, et Brittones. Ab Armenone autem Gothi, Walagothi, Cibidi, Burgundi, et Longobardi. A Neugione autem Bogari, Vandali, Saxones, Teruegi.* Istae gentes subdivisae sunt per totam Europam. Alaneus, ut aiunt, filius fuit Fethuir. Fethuir filius Ogomuin. Ogomuin filius Thoi. Thoi filius fuit Boibus. Boibus filius fuit Semeon. Semeon filius fuit Mair. Mair filius fuit Ecthactus. Ecthactus filius fuit Aurthact. Aurthact filius fuit Ethech. Ethech filius fuit Ooth. Ooth filius fuit Abir. Abir filius fuit Ra. Ra filius fuit Esraa. Esraa filius fuit Hisrau. Hisrau filius fuit Bath. Bath filius fuit Iobath. Iobath filius Iohuc. Iohuc filius Iaphet. Iaphet filius Noae. Noë filius Lamech. Lamech filius Matusalem. Matusalem filius Enoch. Enoch filius Iared. Iared filius Malalehel. Malalehel filius Cainan. Cainan filius Enos. Enos filius Seth. Seth filius Adam. Adam filius et plasmatio Dei vivi.

*cod. Tur. pro Teruegi

9. Hanc peritiam didicimus ex traditione veterum, qui in primordio accolae fuerunt Brittanniae. Brittones a Bruto dicti. Brutus filius Hisitionis, Hisition filius Alanei, Alaneus filius Rheae Silviae. Rhea Silvia filia Numae Pompilii. Numa filius Ascanii. Ascanius filius Aeneae. Aeneas filius Anchisae. Anchises filius Trois. Trois filius Dardani. Dardanus filius Flisae. Flisa filius Iuvani. Iuvan filius Iaphet. Iaphet vero VII filios habuit. Primus Gomer, a quo Galli. Secundus Magog, a quo Scythae et Gothi. Tertius Madian, a quo Medi. Quartus Iuvan, a quo Graeci. Quintus Tubal, a quo Hebraei, Hispani, et Itali. Sextus Mosoch, a quo Cappadoces. Septimus Tiras, a quo Thraces. Hi sunt filii Iaphet, filii Noae, filii Lamech.

10. Romani autem dum accepissent dominium totius mundi, ad Brittannos miserunt legatos, ut obsides et censum acciperent ab illis, sicut accipiebant ab universis regionibus et ab omnibus insulis. Brittanni autem cum essent tyranni et tumidi, legationem Romanorum contempserunt. Tunc Iulius Caesar cum accepisset totius orbis singulare imperium, et primus obtinuerat, valde iratus ad Brittanniam cum LX ciulis pervenit in ostio fluminis Tamesis, in quo naufragium naves illius perpessae sunt, dum ille pugnaret apud Dolobellum, qui erat proconsul Brittannici regis, qui et ipse rex Belinus vocabatur, et erat Minocanni filius, qui

c. 20. a.

occupavit omnes insulas tyrrheni maris. Et Iulius reversus est sine victoria, caesis militibus fractisque navibus. Et iterum post spatium trium annorum, cum magno exercitu et CCC ciulis pervenit ad ostium praedicti fluminis Tamesis, et ibi inierunt bellum. Et ceciderunt de equis militibusque suis multi, quia supradictus consul posuerat sudes ferreas, semenque bellicosum id est cethilou in vada fluminis, quod discrimen fuit magnum. Ars enim erat latenter constructa et invisibilis militibus Romanorum. Et hac vice sicut prius imperator cum suis reversus est sine victoria vel pace. Tertio igitur commissum est bellum a Romanis contra Brittones iuxta locum qui dicitur Trinovantum, et Iulius victor imperium brittannicae gentis obtinuit XL et VII annis ante nativitatem Christi. Ab initio autem mundi VCCXII transmarinis cum Iulius primus in Brittanniam pervenit Romanorum rex, et regnum et gentem obsedit, et in honorem illius quintilem mensem Romani statuerunt vocari. Siquidem idibus martiis Gaius Iulius Caesar in curia occiditur; tenente Octaviano augusto monarchiam totius mundi. Nam et censum a Brittannia

* G. III. 25.

ipse solus accepit, ut Virgilius ait * purpurea intexti tollunt aulaea Britanni.

11 Secundus autem post hunc Claudius imperator venit, et in Brittannia imperavit, XLVIII annis post adventum Christi, et stragem bellumque agens multum, non absque detrimento militum tuorumque suorum victor fuit Brittonum. Postea navigio ad Orcades perrexit insulas, et subiecit eas fecitque tributarias. In tempore illius nullum Romanis censum a fuit traditum a Brittannis, sed imperatoribus brittannicis traditum est. Regnavit autem annis XIII et mensibus VIII, cuius monumentum in Mogantia apud Longobardos ostenditur. Post C et LXVII annos post adventum Christi, Lucius brittannicus rex, cum omnibus regulis totius brittannicae gentis, baptismum suscepit, missa legatione ab imperatoribus Romanorum et a papa romano Evaristo.

12 Tertius fuit Severus, qui transfretavit ad Brittannos, ubi ut receptas provincias ab incursione barbarica defenderet, murum et aggerem a mari usque ad mare per latitudinem Brittanniae, id est per centena XXXII milia passuum deduxit, et brittannico sermone vocatur Guaul. Propterea iussit fieri inter Brittones et Pictos et Scottos, quod Scotti ab occidente, et Picti ab aquilone unanimiter pugnabant contra Brittones. Nam et ipsi pacem inter se habebant. Et post multum tempus Severus intra Brittanniam Eboraci moritur. Quartus fuit Carausius imperator et tyrannus, qui et ipse tyrannice in Brittanniam venit, quia iratus pro occisione Severi advenerat, et cum omnibus ducibus romanae gentis, qui erant cum eo, Brittanniam et vindicavit in illis Severum, et purpuram b Brittanniae devastavit. Quintus fuit Constantius Constantini magni pater c, et defunctus est in Brittannia, et sepulcrum illius esse videtur iuxta urbem quae vocatur Caer Segeint, ut litterae quae sunt in lapide tumuli ostendunt. Et ipse seminavit in pavimento supradictae civitatis tria semina, auri, argenti, aeris, ut nullus umquam in ea pauper maneret. Et vocatur alio nomine Minmanton.

13 Sextus Maximus in Brittannia. A tempore illius consules esse coeperunt, et Caesares postea numquam appellati sunt. In tempore illius sanctus Martinus virtutibus et miraculis claruit, et cum eo locutus est. Septimus Maximus d imperator regnavit in Brittannia. Ipse perrexit cum omnibus militibus Brittonum a Brittannia, et occidit regem Romanorum Gratianum, et imperium obtinuit totius Europae, noluitque dimittere belligeros suos comites Brittones ad uxores suas et filios et ad possessiones suas, sed multas illis largitus regiones, a stagno quod est super verticem montis Iovis usque ad civitatem quae vocatur Cant Guic, et usque ad tumulum occidentalem, id est Cruc Occident. Hi sunt Brittones Armorici, et illic permanserunt usque in hodiernum diem. Propter illorum absentiam Brittannia superata est ab alienigenis gentibus, et heredes expulsi, usquequo a Deo auxilium largietur. Traditione vero seniorum dudicimus fuisse e Romanis VII imperatores in Brittannia, Romani autem VIIII affirmant. Octavus fuit alius Severus. Hic aliquando in Brittannia commorabatur, et aliquando Romae manebat, ibique defunctus est. Nonus fuit Constantius. Ipse regnavit XVI annis in Brittannia, et in XVII imperii sui anno obiit, quasi dolo veraciter e occisus in Brittannia, ut aiunt. Ita, ut legimus, apud Brittones regnaverunt Romani per CCCCVIIII annos.

14 Hic ita traiectis, Brittones imperium Romanorum contempserunt, nec censum dedere, nec illorum reges susceperunt, neque Romani amplius sunt eos

a sic nostri; nescire quodlibet.
b ad. ?
c cod. ?
d cod. Maximianus.
e ?

ut ad regnandum Brittanniam adirent, quia duces eorum Brittones occiderant. Iterum repetendus est sermo de Maximo * tyranno. Gratianus cum fratre Valentiniano regnavit annis septem. Ambrosius tunc mediolanensis episcopus clarus habebatur in catholicorum dogmate. Valentinianus cum Theodosio regnavit VIII annis. Tempore illo synodus Constantinopoli collegitur CCCL * videlicet patrum, in quo omnes haereses deponuntur. Hieronymus etiam presbyter bethleemites toto mundo claruit. Dum Gratianus imperator regnaret in toto mundo, in Brittannia per seditionem militum Maximus imperator factus est, quem mox in Gallias transfretasse perhibent, et Gratianum regem Parisiis * Merobaudis * magistri militum proditione superavit, qui fugiens, Lugduni captus atque occisus est. Maximus Victorem filium suum consortem regni fecit. Martinus turonensis episcopus tunc temporis in magnis virtutibus claruit. Post multum vero spatium temporis, Valentiniano et Theodosio consulibus spoliatus Maximus indumentis regiis sistitur, et ex capite lapide * damnatur. Cuius filius Victor eodem anno ab Arbogaste * comite interfectus est in Gallis, peractis ab initio mundi VDCXC annis.

* cod. Maximiano.
* Ita cod.
Hoc Parisiis / * cod. Merobaudis.
* Ita cod.
* cod. Argobaste.

15 Tribus vicibus occisi sunt duces Romanorum a Brittonibus. Et Brittones dum anxiarentur a barbarorum gentibus id est Scottorum, Pictorum, auxilium Romanorum flagitabant. Et tum legati mittebantur cum magno luctu, et cum sablonibus super capita sua intrabant, et portabant magna munera pro admissa occisione culpa ducum, et accipiebant grata dona consulum ab illis, qui promittebant iurando accipere iugum romanici imperii, licet durum esset, et Romani cum magno exercitu ad auxilium venerunt Brittonum, constitueruntque duces et imperatorem in Brittannia; et composito imperatore cum ducibus, revertebatur exercitus ad Romam. Et sic alternatim per CCCCXLVIII annos agebant. Brittones autem propter gravitatem imperii occidebant duces Romanorum, et auxilium postea petebant ab eis. Romani autem ad imperium auxiliumque et vindictam proximorum veniebant, et spoliata Brittannia auro argentoque atque aere omnique pretiosa veste, melle, et muneribus, cum magno triumpho revertebantur. Factum est autem post supradictum bellum, quod fuit inter Brittones et Romanos, quando duces eorum occisi sunt, et victoriam Maximi * qui Gratianum occidit, transactoque Romanorum imperio a Brittannis, per XL annos fuerunt sub metu.

cui b.
* cod. Maximiani.

16 Gurthegirnus autem regnabat in Brittannia. Sed in tempore illius Brittones urgebantur * a metu Scottorum Pictorumque, et a romanico impetu, nec non a timore Ambrosii *. Interea tres ceolae a Germania in exilium expulsae Brittanniam advenerunt, in quibus dominabantur Hors et Hengest, qui et ipsi fratres erant filii Guitglis. Guitglis filius Gusta. Gusta filius Vuoden. Vuoden filius Frealof. Frealof filius Fredulf. Fredulf filius Finn. Finn filius Folguald. Folguald filius Geta, qui ut aiunt filius fuit Dei non veri, nec omnipotentis Dei et domini nostri Iesu Christi, qui ante tempora saeculorum permanens Patri et Spiritui sancto coaeternus et consubstantialis, in fine saeculorum mortalitatis nostrae formam non dedignatus est induere servilem, sed alicuius ex idolis eorum, quem ab ipso daemone caecati, more gentili pro Deo colebant. Gurthegirnus autem suscepit eos benigne, et tradidit eis insulam quae lingua eorum vocatur Tenet, brittannice Ruoihm, regnante Gratiano Aequantio * Romae. Saxones vero a Gurthegirno suscepti

* cod. urg.
* De hoc postea.
* Ita cod. etiam infra.

sunt anni CCCXLVII post passionem Christi. A tempore quo advenerunt primo ad Brittanniam Saxones usque ad primum (1) imperii annum regis Edmundi DCXLII ad hunc in quo nos scribimus, omnem traditione seniorum DCXLVII didicimus. Quippe qui iste imperii quintus antedicti regis est annus.

17. In tempore illo venit sanctus Germanus ad praedicandum in Brittannia, et apud illos multis claruit virtutibus, et multi per eum salvi facti sunt, et plurimi perierunt. Miracula pauca ex multis quae per illum fecit Deus, scribere decrevi. Primum ergo miraculum declarandum est, quod vir quidam erat rex iniquus atque tyrannus, cui nomen Belinus. Audiens autem vir sanctus iniquitatem eius, propere disposuit, ut visitaret iniquum regem, et praedicaret illi. At cum ipse vir Dei cum comitibus suis venisset ad portam urbis, ostiarius civitatis obviavit et salutavit eos, qui miserunt eum ad regem. Rex autem iniquus duro respondens ait cum iuramento: etiamsi per istius anni spatium permaneant iuxta portam civitatis meae, intro non venient. Illis videlicet responsum expectantibus, *dies* declinavit ad vesperum, nesciebantque quo irent. Interea venit unus de servis regis de medio urbis, et inclinavit se ante virum Dei, nuntiavitque ei omnia verba tyranni, et invitavit eos ad domum suam, exieruntque cum eo, et benigne eos suscepit. Nihil tamen habebat de omnibus iumentorum generibus praeter unam vaccam cum vitulo. Ille autem hospitalitatis gratia vitulum mactavit et coxit, posuitque ante illos. Sanctus autem Germanus praecepit sociis suis ut nullum os frangerent de ossibus vituli. Sequenti videlicet facto mane diei, inventus est vitulus sanus ante matrem suam vivus sanus et incolumis.

18. Primo igitur mane eiusdem diei iterum adierunt portam civitatis ut salutationem impetrarent regis iniqui. Cum autem orando expectarent iuxta portam urbis, ecce vir unus occurrebat, cuius sudor a vertice capitis usque ad plantas pedis distillabat, inclinavitque se ante illos. At sanctus Germanus ait: credis in sanctam Trinitatem? Ille respondit: credo; baptizavitque eum et osculatus est. Et dixit ei: vade in pace, in ista enim hora morieris, et angeli Dei in aëre expectant te, ut cum illis gradieris ad Deum, cui credidisti. Ipse videlicet laetus urbem introivit, obviansque praefectus tenuit illum et alligavit, praesentatusque est coram conspectu tyranni, cuius sententia protinus interfectus est. Hic autem mos erat apud nequissimum regem, ut quisque ad servitutem ante solis ortum non conveniret, continuo in arce decollaretur. Sanctus vero Germanus cum suis iuxta portam urbis tota die praestolabatur, nec tamen impetrare potuerunt ut salutarent tyrannum. Sed solito more supradictus adfuit servus. Et dixit illi sanctus Germanus: cave ut nullus de tuis hominibus in ista nocte remaneat in hac arce. Ipse vero celerius urbem ingrediens eduxit novem filios suos, et ipsi cum eo ad supradictum hospitium reversi sunt. Et praecepit illis ut ieiuni manerent, clausisque ianuis dixit: vigilantes estote, et si quid evenerit in arce, nolite conspicere, sed indesinenter orate, et ad Deum verum clamate. Igitur post modicum noctis intervallum, ignis cecidit de caelo et urbem combussit, omnesque homines qui cum tyranno erant,

(1) Primus regnantis Edmundi prisci annus est secundum Maurum (vel. de cert. his dicta) annus Christi 940. Atqui Maurus episcopus post tot ab iisdem Mauricio in anno 940. Ergone ollas mittit ex Marci commentariis, qui saeculo superiore vixerit? Quis demum hunc aethiopem lavabit?

ita ut ne unus quidem ex eis remanseret, et arx illa non est aedificata usque in hodiernum diem. Crastino autem die vir ille, qui hospitalis fuit, credidit Germano praedicanti, et baptizatus est cum omnibus filiis suis, et cum omnibus in illa regione habitantibus. Erat autem illi nomen Catel.* Benedixitque eum sanctus Germanus, et addidit dicens: rex non deficiet de semine tuo usque in sempiternum. Ipse est Catel Durnlug, et tu ipse rex eris ab hodierno die omnibus diebus vitae tuae. Sicque impleta est psalmigraphi prophetia dicentis: suscitans de pulvere egenum, et de stercore erigens pauperem.* At iuxta verbum sancti Germani, rex de servo factus est, omnesque filii eius reges facti sunt, et e semine illorum omnis regio Povisorum* usque in diem regitur hodiernum.

Glos. Catel. — Ps. cxii. 7. — * Glos. Povisorum.

19. Factum est autem postquam metati sunt Saxones in supradicta insula Tenet, promisit rex supradictus Gurthegirnus dare illis victum et vestimentum absque defectione pro eo quod sese promiserant dimicare contra inimicos eius pugnaturos. Cum autem barbari multiplicati essent numero, non potuerunt Brittones cibare illos, cum solito more cibum vestimentumque sibi dari postularent, ut eis antea fuerat promissum. Dixeruntque Brittones: numerus vester multiplicatus est, adiutorio vestro non indigemus; recedite a nobis, victum vel vestitum vobis dare nolumus. Et ipsi consilium inter se fecerunt, quomodo pacem rumperent. Hengistus autem cum esset vir astutus et callidus, exploravissetque regem indoctum ac gentem vagantem, et sine armis commorantem, inito consilio dixit ad regem Gurthegirnum: pauci sumus, si vis, mittemus ad patriam nostram, et invitemus milites de regione nostra, ut amplior sit numerus ad certandum pro te et pro gente tua. Et impetrata a rege licentia, miserunt legatos qui transfretantes Scythiam venerunt ad patriam suam, electisque inde militibus ac viris bellicosis, reversi sunt cum XVI ceolis, adducentes secum filiam Hengisti pulchram valde decoraque facie.

c. xx. a.

20. Reversisque nunciis, Hengistus convivium regi Gurthegirno militibusque suis et interpreti suo nomine Ceretic praeparavit, ac puellam filiam suam iussit illis ministrare, vinumque et siceram ubertim propinare, quatenus saturarentur et nimisque inebriarentur. Sed illis bibentibus et valde inebriatis, diabolo inspirante Gurthegirnus amore incaluit puellae, quam per interpretem suum illam postulavit a patre suo, promisitque ei dicens: quicquid postulaveris pro ea a me, voluntarie tibi praestabo. Hengistus autem inito consilio cum senioribus omnibus suis, qui secum venerant de genere Ochgul*, petiit pro puella provinciam, quae vocatur anglice Centland, brittannice autem Keint. Et data est illis ipsa provincia, ignorante Guoirancgono qui tunc temporis regnabat in Cantia, quem quidem dolor nimius exagitabat, quia regnum suum clam dolose et imprudenter alienigenis datum est. Dormivitque cum ea et ultra modum amavit. Hengistus autem pater puellae Gurthegirno regi dixit: ego ero pater et consiliator tuus, esto ne transgrediaris consilium meum, quia numquam ab ullo homine vel ulla gente superari timebis, quoniam gens mea valida est, ad bellandumque robusta. Si vis, mittam ad filium meum cum fratruele suo, qui sunt viri bellatores, invitare eos ut dimicent contra Scottos, et da illis regiones quae sunt in aquilone iuxta murum qui vocatur Guaul. Licentia autem improvidi regis invitavit eos, Ochta videlicet et Ebissa cum XL ceolis. At vero ipsi cum navigarent circa Pictos, vastaverunt Orcades insulas,

Glos. Anglic.

et occupaverunt regiones plurimas usque ad confinium Pictorum. Hengistus autem invitabat paulatim ceolas ad se, ita ut insulas ad quas venerant, absque habitatore relinquerent. Et dum gens illorum crevisset in virtute et in multitudine, venerunt ad supradictam regionem Cantuariorum.

22. At super omnia mala adiciens Guorthigirnus * accepit sibi filiam suam quae peperit filium. Hoc autem cum compertum esset sancto Germano, venit corripere eum cum omni clero Brittonum. Dumque congregata magna synodus clericorum laicorumque esset una in consilio, rex ante praemonuit filiam suam, ut exiret ad synodum, et daret filium suum in sinu sancti Germani, diceretque coram omnibus quod ipse pater esset infantis. Mulier vero impudica fecit sicut pater erat edocta, susceptoque infantulo sanctus Germanus, et dixit: pater tibi ero, nec te dimittam, donec mihi novacula cum forcipe pectineque detur, et tibi licet haec patri tuo carnali dare. Sicque factum est. Et infans sancto obedivit Germano, perrexitque ad avum suum, patrem scilicet carnalem, Guorthigirnum, et dixit illi: pater meus es, caput meum tonde, et comam capitis mei. Et ille erubescens siluit, et infantulo respondere noluit, sed surgens iratus est valde, a facieque Germani fugeret, maledictus et damnatus est a sancto, et ab omni synodali conventu. * [illegible]

23. Postea vero invitatis ad se magis duodecim, quid ageret ob ea percunctatus est. At illi dixerunt: ad extremos fines regni tui vade, et arcem aedifices munitam, ubi te defendere possis, quia gens quam suscepisti in regno tuo, tibi invidetur, et cogitat te dolo superare, omnesque regiones quas amas tuas subiecit ditioni, sicut te, mortuum devastare, quanto magis cum mortuus fueris? Placuitque regi magorum consilium, exivitque, cum eisdem ipsis magis, multas regiones multasque circumiens provincias, ut forte ob auras ad arcem aedificandam aptum locum inveniret. Illis vero longe lateque proficiscentibus, et nimine locum congruum invenientibus, tandem pervenerunt ad quandam provinciam, quae Guenet vocatur, ut cum lustrarent montes erenni, reperiunt in unius summitate montis locum congruum ad arcem construendam. Dixeruntque magi ad regem: urbem tibi hic aedifica, quia tutissima erit a barbaris in aeternum. Rex autem congregavit artifices lignarios lapidariosque, et omnia coacervavit ad opera materiam, et arcem erigeret. Congregata ergo innumerabili materia, omnis una nocte ablata atque dispersa sunt, ita ut nihil remaneret sumptorum ad arcem componendam. Sicque secundo et tertio collectis undique materiebus, eorum omnia ad nihilum redacta evanescunt, arceque aedificare praesumptum patuit, at nullum valebat obtinere statum. [illegible]

24. At ille accersitis ad se magis percunctatus est eos, quae esset haec causa malitiae, aut unde tanti laboris inutile proveniat dispendium? Illi autem respondentes dixerunt: nisi inveneris infantem sine patre, et nisi occidatur, et arx suo sanguine sit aspergatur, non aedificabitur in aeternum. Magis vero tale dantibus consilium, rex legatos per totam misit Britanniam, ut quaererent utrum infantem sine patre ipsum invenire possent. Qui omnes provincias et regiones Brittonum perlustrantes pervenerunt ad campum Elleti, qui est in regione quae vocatur Glevesing, ubi pueri pilae ludum agebant. Et ecce duo inter se litigantes, alter alteri dicebat: o homo sine patre, bonum tibi non eveniet! At illi ab aliis pueris et a matre de puero illo diligenter percunctati sunt, si patrem haberet. Mater vero illius

pueri negavit dicens: nescio quomodo in utero meo conceptus est; unum tamen scio, quia virum in aetate numquam cognovi; atque iureiurando affirmavit, quod filius suus patrem non haberet carnalem. Duxerunt igitur puerum secum ad Guorthegernum regem dominum suum, intimaveruntque regi omnia quae de illo didiscerant. Crastina autem die conventio facta est, ut puer interficeretur. Puer vero ait ad regem: cur famuli tui me adduxerunt ad te? Respondit ei rex: ut interficiaris, et tuo sanguine arx ista aspergatur, ut postmodum possit aedificari. Puer autem ad regem: quis te docuit, ut illud facias? Respondit rex: magi isti mihi praedixerunt. Ad haec puer: iube ad me vocentur. Invitatis magis, puer eos alloquitur: quomodo vobis revelatum est, ut aedificium istud sanguine meo aspergatur, et quod numquam aedificetur, nisi meo sanguine fuerit aspersa? Nunc cognoscere a vobis palam cupio, quis me vobis revelavit. Rursumque puer ad regem: modo tibi rex in veritate omnia enucleando exerebo. Sed a magis tuis interrogando scire volo, quid est in pavimento loci istius. Etenim congruum mihi videtur ut tibi ostendant quid sub pavimento habeatur. At illi respondentes dixerunt: nescimus. At ille: stagnum in medio pavimento est, venite et fodite quia sic invenietis.
i a a. Venerunt atque foderunt, stagnumque invenerunt. Iterum puer magos interrogans ait: revelate nobis quid est in stagno. At illi silentes et erubescentes revelare non potuerunt.

25. Puer autem ait: ego possum vobis revelare. Duo vasa sunt ipsi conclusa in stagno. Venerunt et probaverunt, et ita invenerunt. Interrogansque magos puer ait: quid in vasis conclusis habetur? At illi tacentes, respondere non valebant. Puer inquit: tentorium est in eis, separate ea ab invicem, et sic invenietis. Iussu autem regis separata sunt vasa, inventumque est in eis tentorium complicatum sicut puer prius praedixerat. More solito puer magos interrogat: quid in tentorio circumvolutum? Illi vero neque hoc solvere potuerunt. Rursumque puer: vermes, inquit, duo sunt in eo, unus albus et alter rufus. Tentorio siquidem explicato, duo vermes, ut praedixerat, dormientes inventi. Adiecitque puer: expectate, et considerate quid faciant vermes. Illis autem expectantibus, alternatim coeperunt invicem se colluctare vermes: albus vero humeros supponens rufum detecit eumque medium tentorium, aliquando autem usque marginem tentorii expulit: atque tribus vicibus certantes agebat. Ad ultimum tamen vermis rufus, qui infirmior videbatur, recuperando virtutem suam, album proiecit, et extra tentorium repulit, et trans stagnum rufo album subsequente, evanuit albus.

26. Puer autem magos interrogans ait: quid significat hoc mirabile prodigium quod vidistis? At illi dixerunt: nescimus. Puer vero ait regi: ecce vobis mysterium, quod revelatum enucleando certius exponam. Stagnum, figura huius mundi est: tentorium, regni tui videtur habere figuram: duo vermes, duo dracones sunt: vermis autem rufus, draco (1) tuus est, albus vero vermis, draco est gentis illius, quae occupat gentes plurimas et regiones in Brittannia, et paene a mari usque ad mare tenebit. Sed tamen ad ultimum gens nostra consurget, et illam Saxonum destruet gentem, deinceps ab hac insula trans mare unde antea venerat. Tu vero de ista

(1) Draco vexillum gentis significat, sive a figura draconis, sive etiam a loquendi hac perrol- gato usu. Recole apud nos Draconum sermonalium p. 80 ta seq.

arce vade, quam aedificare non potes. Ego autem hic manebo, quia mihi fato haec arx tradita est. Ad alias provincias perge, ubi possis tibi arcem aedificare. Rex ad adolescentem ait: quod nomen tibi est? Ille respondit: Ambrosius (1) vocor, f. 15. a.
id est brittonice Embreis Guletic. Rexque ait: de qua progenie ortus es? Qui respondit: unus de consulibus Romanorum, pater meus est. At vero rex dimisit illi arcem illam cum omnibus civitatibus provinciis occidentalis plagae Brittanniae. Et ipse cum magis suis perrexit ad sinistralem plagam Brittanniae, et pervenit usque ad regionem quae vocatur Guenessi, et urbem ibi aedificavit, quae suo nomine Cair Guorthegirn appellatur.

27 Igitur Guorthemer filius Guorthegirni contra Hengistum et Horsum gentemque illorum fortiter pugnabat, et eos usque ad supradictam insulam Tanet expulit, eosque tribus vicibus ibi conclusit, obsedit, occidit, comminuit atterens. Et ipsi legatos ultra mare ad Germaniam transmittebant ad classem regrediendam cum ingenti numero virorum bellatorum. Atque his ita congregatis pugnabant contra reges et principes brittannicae gentis, et aliquando dilatabant terminos suos, aliquando autem vincebantur et expellebantur. Guorthemer autem quater contra illos bellum civiliter * egit, primum ut supra dictum * cod. aliter.
est, secundum super flumen Derguent bellum fecit, tertium super vadum quod lingua eorum Episford vocatur, in nostra autem lingua Rither Gabail. Et ibi cecidit Horsus et filius Guorthegirni nomine Categirn in pugna bellantes. Quartum vero bellum iuxta lapidem qui super ripam maris gallici est contra Saxones egit, et victoriam obtinuit. Saxones vero fugerunt usque ad naves suas. Ipse autem post modicum intervallum mortuus est. Et ante obitum suum, fratribus vel carum admonens dixit ad familiam suam: sepelite in porto unde intrastis Saxones corpus meum, scilicet super ripam maris a quo primum venerunt, quia quamvis in aliis partibus Brittanniae habitaverint, tamen in ista, ex hac fretus, numquam in aeternum morabuntur. Illi autem imprudenter mandatum illius contemnentes, eum in loco ubi praeceperat non sepelierunt. Barbari vero per hoc magnopere congregati sunt, et transmarinis pugnae auxiliabantur, maxime quod Guorthegirnus illis esset amicus propter filiam Hengisti, quam acceptam in uxorem, atque adeo diligebat ut nullus auderet contra illos pugnare, quia blande deliniebat regem imprudentem, ripenso f. 15. b.
tamen corde dolum egrotes. Et hoc qui legit, intelligat quod non virtute domarentur Brittanni, sed propter peccata maxima Brittonum Deo eos permittente. Sed quomodo voluit Deus fecit, quia ipse est rex regum et dominus dominantium, omnia denique iudicans atque gubernans.

28 Factum est autem post mortem Guorthemeri filii regis Guorthegirni, Hengisto confortato, et ad se multis iterum navibus congregatis, cum senioribus suis dolum regi Guorthegirno et eius * exercitui praepararet, mittensque ad regem * cod. eos.
legatos dolose pacem inter se firmari deprecatur, ut perpetua amicitia inter se uterentur. Rex autem ignarus doli, cum consilio suorum consultatur est pacem cum Hengisto habere, et discordiam bellorum removere. Legati vero revertentes, id ipsum renuntiaverunt Hengisto. Hengistus postmodum grande praeparavit convivium

(1) De hoc Ambrosio primum Beda hist. Angl. I. 16. deinde ceteri historici. Hector Boethius Buchananus aliique. Sed in eius vita fabulis mixta veritas.

regi Guorthigirno et senioribus militibus suis CCC, convocavit regem omnemque familiam eius ad firmandam pacem, latenti hoc sub specie pacis dolosa machinatione. Hengistus ex suis totidem elegit CCC milites, cuique eorum in consilio
in cod. praedixit ut unusquisque cultrum * suum in fascone sub pede suo poneret, et milites regis ad convivium remotos inter se commiscerent, illosque sollerti cura inebriarent. Et cum clamavero, inquit, ad vos, et dixero nimad saxa (1) cultellos vestros ex fasciculis educite, et in illos irruite, et unusquisque proximum sibi jugulet. Verumtamen regem custodite et nolite eum interficere, sed pro connubio filiae meae quam genui, cum servetur melius enim est ut nobis redimatur, quam ut occidatur. Rex autem ad convivium cum suis secure venit, ut pretium quod sibi interim servire promiserat, certius firmaret. Advenientibus etiam cum rege suo Brittonibus, Saxones pacifice loquentes, dolumque in corde versantes, convivae cum iudicio suo clam praeparabant mortem. At tandem malorum Brittones inviti Saxonibus, cor ad amicitiam (2) solidarunt. Illis autem cunctis epulantibus et libationibus et ultra modum turbatis, Hengistus ut prior eis praedixerat comitibus, elata voce subito vociferatus est nimad saxa. Ad cuius vocem Saxones protinus exsurgentes,
c. 46 a. cuneique extrahentes cultellos, irruerunt super Brittones, unusquisque super consessorem suum, et de senioribus Guorthigirni regis CCC sunt iugulati. Rex autem captivus tentus est. Pro sua igitur redemptione tradidit illis tres provincias Eastsexan, Sudsexan, Middelsexan, cum reliquis regionibus quas ipsi eligentes nominaverunt.

29. Sanctus vero Germanus regi Guorthigirno praedicabat, ut ad Deum verum se converteret, et ab illicita propriae filiae commixtione abstineret. At ille usque ad provinciam quae a suo nomine Guorthegirnaim nomen recepit, hue miser confugit, ut ibi cum suis lateret uxoribus, secutusque eum est etiam Germanus cum omni clero Brittonum, et ibi quadraginta diebus et noctibus mancod. add. nens pro illius * salute supra petram orabat. Iste beatissimus vir dux belli contra Saxones non vere fertur, non tubarum clangore, sed ad Dominum orando cum cantu psalmorum alleluia, totoque exercitu ad Deum vociferando, hostes in fugam usque mare converterit. Et iterum Guorthigirnus usque ad regionem Demetorum, ubi aedificavit arcem suo nominatam nomine Caer Guorthigirn iuxta flumen Teibi, a facie sancti Germani ignominiose recessit; et solito more eum sanctus subsecutus est, et ibi sanctus cum omni ordine clericorum sibi adhaerentium tribus diebus totidemque noctibus Dominum deprecans mansit. Tertia autem nocte, quasi hora noctis tertia, ignis de caelo cecidit, et arx tota ex improviso ardente igne caelesti combusta est; sed nec Guorthigirnus cum filia Hengisti cumque aliis uxoribus et cunctis cum eo habitantibus viris et mulieribus miserabiliter defecit. Sic reperimus regis Guorthigirni finem, legendo librum vitae sancti Germani reperimus (3). Alii autem proferunt, quod ille exosus omni populo brittannico propter acceptionem populi saxonici, atque scelere incestuoso cum omni ordine vulgi sanctoque Germano

(1) Verba haec sine dubio saxonica, quae Britones non intelligebant.
(2) Ita cod. Sed nunc scribendum ad invicem?
(3) Crematum in arce cum filia fortè atque omnibus Guorthegirnum ... Ambrosii, cor- est etiam Boethius historicus, qui tamen eum vel vaticinant non S. Germano sed ... Merlino vati seu ungo tribuit. Cum S. Germani tamen historia congruit Henr. Huntingdoniensis hist. lib II. p. 310.

et omnibus clericis in conspectu Domini ieiunantibus ac deflentibus, vagus et errans quaerensque locum refugii fugam iniit, et cor eius crepuit, atque defunctus est non cum laude. Alii vero narrant quod terra aperta est, et deglutivit eum in supradicta nocte in qua combusta est arx illius, quia nulla inventa sunt ossa vel reliquiae eius aut eorum quos ignis devoravit cum illo in arce. Tres filios habuit, quorum nomina sunt Guorthemir, qui pugnabat sicut superius scripsi, Saxones pugnando in fugam vertit. Secundus Categirn, qui occisus est quando Horsum in pugna occiderunt. Tertius Pascent, qui regnavit in duabus provinciis, Buelt et Guorthegirniaun, post mortem patris sui, illi largiente Ambrosio, qui fuit rex magnus inter reges Britanniae insulae. Quartus fuit Faustus, qui a filia sua illi genitus est, quem sanctus Germanus baptizavit, enutrivit et docuit, et aedificato monasterio non parvo super ripam fluminis nomine Renis sibi consecravit, ubique perseverat usque in hodiernum diem. Et unam filiam habuit, quae mater fuit sancti Fausti (1). Haec est genealogia illius, quae a nobis ad initium retro currit. Fernmail, qui regnat in regione Guorthegirniaun, filius Teudor. Teudor filius Pascent. Pascent filius Guoidcant. Guoidcant filius Moriud. Moriud filius Eltat. Eltat filius Eldoc. Eldoc filius Paul. Paul filius Meuprit. Meuprit filius Briacat. Briacat filius Pascent. Pascent filius Guorthegirn. Guorthegirn filius Guortheneu. Guortheneu filius Guitaul. Guitaul filius Guitolion. Guitolion filius Glovis. Glovis filius Paulmerion. Ipse autem Glovis aedificavit urbem magnam super ripam fluminis Sabrinae, quae vocatur britannico sermone Cair Glou, saxonice autem Gleucester. De Guorthegirno nunc satis est. Sanctus vero Germanus post mortem Guorthegirni reversus est ad patriam suam (2).

50. In illo tempore Saxones invalescebant in multitudine magna, et crescebant in Britannia. Mortuo Hengisto, Octha filius eius advenit de sinistrali parte Britanniae ad regnum Cantuariorum, et de ipso orti sunt reges Cantuariorum usque in hodiernum diem. Tunc belliger Arthur (3) cum militibus Britanniae atque regibus contra illos pugnabat. Et licet multi ipso nobiliores essent, ipse tamen duodecies dux belli fuit victorque bellorum. Primum bellum contra illos fuit iuxta ostium fluminis quod dicitur Glein. Secundum et tertium quartumque et quintum super aliud amnem qui nominatur britannice Duglas qui est in regione Linnuis. Sextum bellum super flumen quod vocatur Bassas. Septimum contra illos fuit bellum in silva Calidonis, quae britannice Catcoit Celidon nominatur. Octavum contra barbaros egit bellum iuxta castellum Guinnion, in quo idem Arthur portavit imaginem sanctae Mariae Dei genitricis semper virginis super humeros suos (4): et tota illa die Saxones per virtutem domini nostri Iesu Christi et sanctae Mariae matris eius in fugam versi sunt, et magna caede multi ex eis perierunt. Nonum

(1) Faustus (non Faustinus) S. Columbani praeceptor et postea episcopus dicitur in menologio Scotorum die 11 Ianuarii. Faustini episcopi sermo exstat in nostro Spicilegio rom. T. V. p. 97. In eodem menologio die 11 decembris commemoratio Marcelli monachi et scholarchae in monasterio Sangallensi. Ille est nimirum Marci nepos, de quo eam dicemus in monitis p. 96. Denique a Thoma Dempstero inter sectos scriptores nominari video Marcum episcopum ad an. 312.

(2) Erat enim antisiodorensis in Gallia episcopus. De eo Beda H. A. I. 1. 17. et seqq.

(3) Nemo fere celebrior Arthuro in britannicis chronicis, ubi tamen saepe inquinata fabulis veritas.

(4) Animadvertatur insignem Arthuri erga Deiparam devotionem.

egit bellum in urbe Leogis, quae britannice Cair Lion dicitur. Decimum vero gessit bellum in littore fluminis, quod nos vocamus Trath Treuroit. Undecimum in monte qui nominatur Breguoin, ubi illos in fugam vertit, quem nos Cat Bregion appellamus. Duodecimum contra Saxones durissime Arthur bellum in monte Badonis perpetravit *, in quo corruerunt impetu illius una die DCCCCXL viri, nullo sibi Brittonum in adiutorium adhaerente, praeter ipsum solum, Domino se confortante. In omnibus autem supradictis bellis protestantur semper eum fuisse victorem, sicut fuerunt alii perplures militari * Brittones. Sed nulla fortitudo vel consilium contra Dei voluntatem. Quanto magis vero Saxones prosternebantur in bellis, tanto magis e Germania et ab aliis augebantur Saxonibus sine intermissione, atque reges et duces cum multis militibus ab omnibus paene provinciis ad se invitabant. Et hoc egerunt usque ad tempus quo Ida regnavit, qui filius fuit Eobba. Ipse primus rex fuit in Bernech, et in Cair Affrauc de genere Saxonum, quando Gratianus Aequantius * consul fuit in Roma, quia tunc a consulibus Romanorum totus orbis regebatur. Saxones a Guorthigirno, anno post Domini passionem CCCXLVII suscepti sunt, ad hunc quo nunc scribimus annum DCXLVII numeramus. Et quicumque hoc legerit, in melius augeatur (1). Praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum coaeterno Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

* cod. [illegible] — * Sic cod. — * Ita cod.

32. In illo tempore sanctus Patricius erat apud Scottos, et dominus illius nominabatur Milchu, et porcarius cum illo fuit VII annis. In XVII autem anno aetatis suae reversus est de captivitate Deo liberante, et nutu Dei eruditus est in sacris scripturis. Et postea Romam petiit, et longo tempore illic mansit legendo, et sacra mysteria sanctasque scripturas legit, Spiritu sancto replente. Nam cum esset ibi in studio lectionis, missus erat Palladius episcopus primus a Caelestino papa romano ad Scottos Christo convertendos (2), sed per quandam tempestatem et signa illum Deus prohibuit, quia nemo potest quicquam accipere in terra, nisi fuerit datum desuper. Et ille Palladius rediens de Hibernia ad Brittanniam, ibi defunctus est in terra Pictorum. Cognita * autem morte Palladii episcopi, romanis patriciis Theodosio et Valentiniano regnantibus, a Caelestino papa romano, et angelo Dei comitante, monente atque suadente Victore (3), et a Germano episcopo, ad Scottos ad fidem sanctae Trinitatis convertendos Patricius missus est. Misit ergo Germanus seniorem cum illo Segerum ad quendam grandaevum laudabilemque senem episcopum, et ad regem Matthaeum senem in propinquo commanentem. Ibique sanctus Patricius quae ventura illi erant praescius, episcopalem gradum a Matthaeo rege pontificeque sancto accepit, et illud nomen Patricius in ordinatione sum-

[illegible] — * cod. cognito

(1) Marcus [illegible] Marcus historicus ... et ea quae sequuntur de S. Patricio, nisi eadem et quibus continuata scribuntur in codice. Post Marcum, ... licet nomine ... sub initio sequi videtur quam Huntingdoniensis, qui et nomina britannicorum bellorum recitat, non sine tamen plurima varietate, et Brutum ... cum regnasse in Britannia narrat. Et quidem apud eos p. 101. 102 pro Maximo ... Martinianus, ... ab Aetio consule ad Romanos ...

(2) Ita etiam Beda H. A. lib. 1 ... In menologio Scotorum die 7 decembris fit commemoratio appellata in Scotiam S. Palladii apostoli cum sociis. Die autem 6 iulii « Palladii Hiberni S. ... confessoris Scotorum apostoli, a S. Caelestino papa missi ... ad Scotos in Christum credentes a pelagiana peste in Anglia grassante tutaretur. » Sic etiam in vita S. Pat. in cap. 25. seq.

(3) Angelo tutori Patricii nomen erat Victor. Vit. cap. 15. et 20.

pit, quia antea Menun vocabatur. Auxilius vero et Iserninus aliique fratres gradibus inferioribus simul ordinati sunt cum eo. Tunc acceptis benedictionibus perfectisque omnibus in nomine sanctae Trinitatis, pervenit ad mare quod est inter Gallos et Brittones. Inde prompte navigio descendit in Brittanniam, et in ea praedicavit aliquo tempore. Praeparatis autem sibi necessariis, angelo commonente, Hibernicum mare petiit. Impleta vero nave transmarinis muneribus et spiritualibus thesauris, Deo largiente pervenit ad Hiberniam, et ea praedicavit, illosque baptizavit.

32. A mundi siquidem principio usque ad baptismum Hibernensium VCCCXXX anni fuerunt. In quinto anno imperii Loigaire regis Hiberniae, primum praedicatio verae fidei Trinitatis almae Unitatisque indeclinabilis Hibernensibus advenit. Sanctus itaque Patricius externis nationibus evangelium Christi per annos XL praedicavit, virtutes apostolicas fecit, caecos illuminavit, leprosos mundavit, surdos audire fecit, daemones ab obsessis corporibus fugavit, novem mortuos suscitavit, captivos multos utriusque sexus suis propriis muneribus redemit, et in nomine sanctae Trinitatis liberavit; canonicos alias * ad fidem pertinentibus libros scripsit CCCLXV. Gloss. libro.
Ecclesias quoque eodem numero CCCLXV fundavit, servos Dei docuit, et ad episcopalem gradum, Spiritu sancto affirmante, tali numero consecravit, id est CCCLXV. Presbyteros autem admodum tria millia ordinavit; et XII millia hominum in una regione Conachta ad fidem christianam convertit et baptizavit, et VII reges, qui fuerunt VII filii Amolgith, in una die baptizavit. t. ut. a.

33. Quadraginta diebus et quadraginta noctibus in cacumine montis Eli ieiunavit, id est Cruachaneli, in quo monte tres petitiones pro Hibernensibus, qui fidem receperunt, clementer a Deo postulavit. Prima petitio eius fuit, ut Scotti affirmant, ut unusquisque plebis credulitatis * ad Dominum per illum poenitentiam peccatorum reciperet, licet in extremo vitae suae statu. Secunda autem, ut numquam consumerentur a barbaris. Tertia vero ut super rigetur * aquis VII annis ante adventum Domini quo venturus est iudicare vivos ac mortuos, ut pro orationibus sancti Patricii eorum populi obluantur, et animae eorum iudicium praeparentur. De illo supercilio montis populos Hiberniae benedixit, et ideo ascendit ut oraret pro eis, et ut videret fructus laboris sui. Et venerunt ad illum aves coloris multi valde innumerabiles ut benediceret eis, quod significabat omnes sanctos utriusque sexus pervenire ad eum in die iudicii de gente Hibernensium, quasi ad patrem et apostolum suum, ut illum ad iudicium ante tribunal Christi sequantur. Ipse vero tam sanctus Patricius post magnum laborem, postque multas virtutes et innumerabilia bona migravit ad Dominum de hoc mundo, vitam in melius convertens in senectute bona et perfecta, ubi semper cum sanctis et electis Dei gaudet in saecula saeculorum. Amen. Quattuor modis aequantur Moyses et Patricius: uno modo, angelo illi colloquente in rubo igneo; alio modo in monte XL diebus et XL noctibus ieiunando; tertio modo quod seculo fuerunt aetate CXX annorum; quarto modo sepulchrum illius nemo scit, sed in occulto humatus est, nemine sciente. Sexdecim annis in captivitate fuit. In vigesimo quinto anno a Matthaeo sancto episcopo subrogatus LXXXV annis in Hibernia praedicavit. Proficiebat amplius de Patricio narrare, sed compendio laboris breviter nunc volui terminare.

Explicit de sancto Patricio episcopo.

13 cod.

cod. rigetur

MONITUM

Virgilius Maro grammaticus ex codice vetere neapolitano a me editus fuit anno 1833 in classicorum auctorum quinto tomo. Cur autem auctorem hunc paene necessario recudam, infra dicam. Antea tamen nobilis hominis et operis nominatim repetenda est, ut qui novam editionem legent, si priore careant, nihil quod idoneum sit desiderent. Duplex hoc grammaticale Virgilii opus, epistolae scilicet et epitomae, nonnisi in praedicto neapolitano codice singulari fortuna conservatum est. Verumtamen eius particula in romano quoque angelicae bibliothecae codice occurrit. Item fragmenta alia apud anglum Galfredum grammaticum via normal observavimus. Alia denique alii, post nostram editionem, a Claudio Clemente scoto ms., qui sub Karolo magno docebat, laudata comperserunt. Virgilium nostrum Abbo quoque floriacensis, saeculi decimi homo, novit, ut in eius inpenti ad Victorii calculum commentario est, quem nos hoc tempore inprimimus, videre est, ubi et eius patria Tolosa cognoscitur. Nam gallum quidem non semel ipse verbis infra recitandis se demonstravit. Iam ad aetatem eius quod attinet, sine dubio hic auctor intra sextum Christi saeculum concludendus est, Merovingiis adhuc regnantibus. Nam et Germanus diaconus ad quem scribit, videtur ille celeber qui medio eo saeculo erant parisiensis episcopus; et Rigadus item reginae nomine id confirmat, quam Rigunthem Chilperici I filiam, Recaredo Visigothorum in Hispania regi desponsam, existimare aequum est. Verumtamen quin dubitari vix potest quin Ennodius (anno 521 demortuus) in epigrammate quod mox subiungetur, de nostro loquatur, in vocabulis Maro et magis aetas ludens, Virgilii aetatem ad initia potius eiusdem saeculi retrocedere necesse est. Etenim noster in codicibus diserte Virgilius Maro inscribitur, atque ita appellatum a magistro suo Aenea, aeneas nempe viventibus, in grammaticorum catalogo affirmat. En autem quomodo Ennodius Maronem hunc ridiculum irridet.

Jo tantum prisci defuerit fama Maronis,
Ut te Virgilium saecula nostra darent
Si fatuo debitur tam sanctum nomen homullo,
Gloria maiorum curret in opprobrium.
Captivo stultus congaudet stemmate vates,
Non est Virgilius, dicitur esse tamen
Externo gaudens vocitaris nomine demens,
Si tibi sunt sensus, grexque ne venias
Cur te Virgilium monstras, pessime, nostrum?
Non potes esse Maro, sed potes esse moro

Quam aegre ac laboriose repetitisque conatibus nos hunc auctorem ex corruptissimo codice olim eruerimus, dictum ille in praefatione fuit. Cumque postea singularem huius libri usum ad grammaticae scientiae et latinitatis historiam considerarem, nunquam optare desii, ut paulo integriorem melioremque efficerem. Itaque primo per annos impetratis curis lectionibus, decade nova confecto apographo, ad secundas curas recubui, ubi recens nactum apographum, cuncta necessario retinet mendositati codicis vitia, et nihilominus magnus ac plurimus libro mox emendationes ac supplementa ferbent. Atque hic videlicet novae huius editionis scopus est. Unum adhuc addam, quod in priore editione non nihil, neque auctorum incognitorum tot illa nomina, quae Virgilius appellat, vereamt esse hominum academicas metonymias, cuiusmodi Karoli quoque magni temporibus factitatae fuerunt. Sunt itaque novi iuniorisque Catones, Cicerones, Donati, Homeri, Horatii, Lucani, Maevii, Terentii, Varrones, Virgilii, novus denique Sophonius hebraeus, qui tamen homines cuncti vel potius squalidae ac tolosales quorum nihil usquam memoria superfuit. Neque hominum tantum, verum etiam locorum ac rerum metonymiae videntur, veluti fortasse Roma pro Tolosa, Troia pro Roma, bellum mithridaticum pro bello in Gallia barbarico etc. Haec enim et alia huiusmodi felici ingenio divinabat vir cl. A. F. Ozanamus (quem heu litteris vivaeque ereptum lugemus!) de studiis litterarum temporum ac de tolosanae academiae historia plurimum meritus; cum ceteroquin qui his annis in Gallia et alibi de hoc Virgilio grammatico disputaverunt, nonnihil novius ex praedicto Ozanamo ceperunt.

(1) Civilisation chrétienne chez les Francs. Paris 1849

DE OCTO PARTIBUS ORATIONIS

EX CODICE BIBLIOTHECAE REGIAE NEAPOLITANAE

INCIPIT PRAEFATIO MARONIS

VIRGILIUS MARO IULIO GERMANO DIACONO SALUTEM.

1 In Graecorum legimus historiis vatem quendam Terquinum eum (1) Perses extitisse, qui quicquid vaticinatus fuisset, tabellis et codiculo imprimebat, donec eventus ipse probaret, quo completo, scripta prodebat: inter quae quoddam mirabile prophetavit arcanum, quod quia adhuc non valebat repletum, usque ad mortem nulli voluit ostendere. Verum pene ipso die, quo vitae finem fecit, unum ex suis vocavit discipulis, adsignans ei tabellam, et dicens: heu me, heu me, o fili, quia haec scripta nondum impleta sunt! felix et beatus erit qui in illis vixerit temporibus, quibus haec complenda erunt, quae in hac visione continentur! Haec visio talis erat. Vidi, ait vates (a), immensum flumen de caelo fluens alto, et hoc flumen vinum erat. Alium quoque similem vidi e terra manantem petris (b). Tum orto iubare solis, raptus est ille rivulus obviam flumini ab alto labenti, et collecti in unum fluvii vinum effecti sunt, et unum erat flumen et rivum implens ac tellurem, in quo innumeri agni et vituli ludebant, libentesque ex eo inebriati epithalamium canebant, et eorum audita voce, caelum ac terra pariter laetata sunt.

2 Haec eadem vaticinatio in his nunc temporibus videtur esse completa, cum sole illo non temporali orto, sed vero et perhenni filio Dei, flumen illud vineum scripturae caelestis, cor hominis, hoc est totius humani generis, laetificans (c) omne infinait terram: cui aquae similis, id est philosophiae, id est eloquentiola, quae et ipsa vinum effecta est, scripturae admixta caelesti: in quo flumine vituli et agni ludunt, iuvenes scilicet et pennati senibus, evantesque epithalamium, citharae ac si modulatu, congruentae aptoque decantant, nuptiales scilicet sacramentorum cantus convivarum ponentes: quorum voce audita, caelum et terra, spiritales scilicet et carnales homines, gaudent et gratulantur.

3 Quorum unus, gratissime ac dilectissime frater Iuli diacone, scripturae divinae et caelestis doctrinae iocundissimo inhebriatus vino, parvum quoque hunc rivulum philosophiae sapientiae in tantum bibit, ut etiam eorum, qui ab initio fundati orbis philosophiam floreo eloquii ac sensibus, non solum aequiperator (d), sed etiam praecessor extiteris. Unde perscrutatis perlectisque omnium philosophorum

(a) Cod. vatis. Sic autem corruptissima grammatici lectio in codice neapolitano scripta, ut haec passim demonstrabit. — (b) Hic mala inversione verba et hae rursus in cod. — (c) Cod. laetificantis. — (d) Cod. aequiperentur.

(1) Cum significet apud in latina grammatici latinitate, uti constabit inferius epist. VII. Videtur autem verbum latinitatis gallicanae, unde hodiernum chez. Certe auctor grammaticus hominem gallum se [illegible] non semel testatur. Verumtamen quid sentiendum sit de Tarquinio apud Persas nomine et de tota hac quae gesta dicitur, historia seu fabella, disputare nec nostrum. Cum eoque a Bonifacio grammatico (apud nos T. VII. A. C. p. 484) componitur inter antiquata vocabula per illic.

rem libris, omnes eorum controversias (a) prudenti et ingeniosa (b) corde concoquens, obscurissimas et difficillimas quaestiones diligenti indagatas (c) examine ad me velut (d) ad radicem centumanamque limitum atque viarum indicem, multis epistolis (e) dirigere dignatus es: non quo ego omnium peritissimus sim, sed quo quasi ad sodalem tui, utriusque fidei consortem fiducialius habueris (e) de huiusmodi quaestionibus mecum disputare.

4 Inter haec maxima in tuo animo sedit causa, ut de VIII orationis partibus, in quibus plurimae quaestiones diviso (f) e pluribusque modo et sententiae et leguntur, mea praecipue in explanando fieret diligentia. Unde et ego, quia orationis partes octo sunt, octo quoque in uno licet epistolas volumine digerere dispono: quod etiam in XV epistolarum in Africam missarum volumine ad Falconum peorem meum peritissimum ac doctissimum, tunc gentilem, nunc autem fidelem baptismate purificatum, eodem scribendi more fecisse memini.

5 Quod si forsitan aliquis miretur, quod insolito more epistolarum, sermonem unius epistolae modo iterum dominaret meum, sub omnes titulo libelli comporuerim, quisquis hoc facto movetur, meminerit Lucii peritissimi oratoris, qui XVII interpretationum epistolas, sub uno tempore, unoque stilo, ad unum (g) eundemque petitorem destinaverit: non quo ille petitor illam epistolarum numerositatem postulaverit, sed quo et levamen sui operis, et lectorum commoditatem, depulso ut fieri solet intolerabili (h) lectionis fastidio, adquireret. Sicut namque hi, qui longa viarum spatia metiuntur, iter suum quibusdam mansionum limitibus ac terminis levant, lassitudinem longi quodammodo itineris (a) temperantes, et urbem vel locum, quo eundem sit, nunquam ut ita dixerim labore pependunt, certi quod uno die tanti temporis iter conficere non valebunt, nisi per cellarum (i) lineas, et quosdam requietionum (k) modos laboriosi itineris honus deposuerint: ita etiam hi, qui immensum scribendi opus arripientes, et de pluribus rebus ac quaestionibus suum componitur sermonem, scientes quod nisi (l) librorum frequentibus explicitorum finibus, sequentiumque initiis, laborem suum temperaverint, et sibi spes in scribendo, et lectoribus fastidium sunt in perscrutando generaturi; ut renovatio fiat (m) nativa legentis vicissitudinibus librorum aeternum, frequenter divisa intercapiunt opuscula, legendorum de novo, velut alterius recentis operis, exordia verborum pro accendendo (n) sensibus contrita faecundaque componunt.

6. *Existimavi igitur* has ogduades orationis (o) partium octonis me *recte* expositionum, tibique misserum (p), certissime fratre, ut tota intentione ad Dominum fundendis (q) orationibus iuves, ut meo soluto in opere praesenti, sermonem mihi tribuat opportunitatem ille qui prae cunctis hominem loqui animantibus rationabi-

(a) Cod. *controversias*. — (b) Cod. *et ignota*. — (c) Cod. *indagatas*. Num quo indagatas? — (d) Cod. *velud*. Contra alibi apud alios [illegible]. — (e) Cod. *aliorsis*. Nisi forte legere placet *placiatis* vel *habueris*. — (f) In cod. *pro diverso*. — (g) Cod. *et uno*. — (h) Videtur dicendum *remotabili*. Confer epist. III. *de verbo* n. 16. — (i) Cod. *cellum*. — (k) *ad requietionum*. — (l) Cod. *nimmis*. — (m) Cod. *sitat* vel [illegible]. — (n) Cod. *accedendo*. — (o) Cod. *orationum*. — (p) Cod. *missurus sum*. — (q) Cod. *fundendis*.

(1) Novarum deperditas Iulii dicunt *epistolas*. Item alias infra nostri Virgilii, et alias Lucii oratoris.

(2) Ita cod. quod fiat, pro *itineris*. Legendum de hac differentia Isidorus etym. XV. 16, ubi tamen ex etymologiae ratione (de qua supra p. 78 dixi) corrige *iteneram* pro *itinerum*: nam neque tu erat est significatio *itineris* et *iteris*. Illud enim arduum viam, hoc facilem denotat. Nec Arevalus Isidori editor corruptam esse apud eum lectionem agnovit.

tem fecit, verum etiam in mentibus actu mea mensurare capessendae (a) veritatis, et fidei normam, qua credi et observari debeat, clementer elargiatur. Quod tuis precibus, sanctissime Christi minister, me nec dubito obtenturum ut qui ro unus Christi mihi tertium (r) ecclesiasticae dignitatis obtinea gradum, in tribus divinae unitatem substantiae personis consterarlitre robustentem, ut misericordiam consequar aeternam, mea pro infirmitate et reputare digneris. Vale. Gratia tecum (a)

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT PRIMA VIRGILII (b) EPISTOLA DE NOMINE.

1. Primum, frater carissime, de arte nominis expositionem, quae prima est, editurus, tuis petitionibus satisfacere cupiens, videtur mihi per errorem singillatim sermonem primitus esse faciendum. De nominativo casu. Primus casus est rectus, nominativus vocatur, qui in quibus syllabis finitur, scire debes; disceribus quibusdam in tres tantum syllabas nominativum eorum finiri semper debere, quibusdam vero ex contrario se rex. Hanc quaestionem contradictorum inquiritia (c) experientia, ad meam pravitatem tua sagacissima, quae in diversis voluminibus mire est approbata (3), volui dirigere (d). Quid (e) igitur fr. tuene rure, utrisque existentibus aemulis, utrisque pariter latere amico (4), inter eorum iurgia placere compulsus?

2. Duae scholae sunt in tota Europa, in quibus hanc (f) controversiam maxime feruntur ex parte, schola Terentii et schola Galbungi. Terentius namque, tres tantum ut dare syllabas esse, in quibus nominativus eorum finiendus sit, excepto comparativo gradu, ubi -or syllaba quartus excipitur, tres hae syllabae consuetae sunt, -us -a -um per tria genera aequiter restitutae. Amplius his crispi omnino non posse rdfirmant. Et e contra Galbungus in sex syllabas nominativum eorum finiri debere exhortatur -us -a -um, ut doctus docta doctum; deinde in -es ut facies; deinde in -as ut voluntas; deinde in -e ut omne. Cui (g) nos ita credere oportet, ut non solum huic opinioni credamur, verum etiam quod in has cerdras syllabas multa genera exeunt, sicut in -us duo genera masculinum et neutrum, ut mancus et pus (h). Sed graeca nomina omnem generum syllabarum regulam corruperunt.

3. Multi de nominativo casu multa scripsere, sed hoc totae cetera maxime requisitum, cur masculinum et femininum et neutrum dicendi in usu habeamus. Quidam simpliciter dixerunt, quod masculinum hoc esse debuit, quod secundum habitudinem corporis ostenderetur, et rir femininum, ut vir et mulier, taurus et vacca, aries et ovis, connus et cata, et cetera animalia. Omnes autem res materiales, ut lapides et arbores et super ruri similia, neutrales dici debere censuerunt

(a) Cod. capessendae. — (b) Cod. Virgilii. Ita variare hoc nomen et in codice nostro et alibi vidimus. — (c) Cod. huic quaestionem contradictorum inquisitio. — (d) Cod. erigere. — (e) Cod. quod. — (f) Ita cod. pro hac, ut alibi hic pro hi. — (g) Pro cui id cod. ut opinione. — (h) Cod. suppo. Nihil quis id mereat ab corpus

(1) Summus scilicet gradus episcopatus est, secundus presbyteratus, tertius diaconatus.

(2) Hanc clausulam videtur haud aliena in Theodori Studitae epistola.

(3) Ergo istius [illegible] in sacris bibliis scripserat aliquid.

(4) Hinc videtur cognoscere constantem frisci Virgilii nostri grammatici Terentium et Galbungum, qui sese hic appellaverit famosi adhuc in tolosana academia scholarchae.

Inde dicebant hic vir, et haec mulier, et hoc lapis, et hoc arbor, et hoc cera, et hoc penis, et hoc domus, et hoc manus. Moneo itaque te, o frater carissime, ut quamvis non hac nunc consuetudine scribendi utamur, tamen quia hoc apud veteres pro recto habeatur, si quid forte horummodi scriptum reppereris (a), licet non ad indubitatam consuetudinem efferendum (b) putes, tamen quod a veteribus usurpatum est, reprehendere omnino non debes (c). Verumtamen haec tria genera propter discretionem quamdam e gnaris et pendentibus philosophiae artificibus opposita sunt, ut sub his nominibus generum discretus quidam ordo dictorum sententiarumque describi facilius possit.

4. Sed quia de communione nunc dicere disponimus, quaestio solet ingeritur cur sint nomina communiter singularis casus reperiantur duplex, cum per omnes casus una eademque sit declinatio, ut dicimus sepe sepis, et sepe sepis, Cebes Cebetis, et Cebs Cebetis item preces precis, prex precis, sedes sedis, et sas sedis, et cetera. Hoc maxime propter metrorum necessitatem, pedumque mensurandorum ac temporum positionem, acceptum. Hoc tamen sciendum, quod quotiens dicatur sepes, lapidum ostenditur materia, cum autem scribatur sepis, lignorum semper erit. Sic cum dicis preces, supplices et procax erit et malos res maxime postulabit et prex (d) ad bonam semper partem dirigetur. Sed sedes cum dicitur, simplicis et qualiscumque loci est, cui quis insedent: at sas, alterius compositionis eliminisque loci ad sedendum parati, quod graece dicitur thronus: unde et qui in eo sedet thoes (e), hoc est rex, nominatur.

5. Sunt tamen quaedam nomina quae duas per omnia declinationes habere noscuntur, ut letitia, letamen, vocabo, vocamen, praesagium, praesagimen, fundamentum, fundamen, monimentum, monimen, calcamentum, calcamen, examentum, examen, stramentum, stramen, firmamentum, firmamen, species, specimen, et cetera. Immo hoc addimus quod tres vel quattuor declinationes plerisque nominibus eveniant, sicut est laetitia, laetities, laetamen. Sed quaedam eorum discretionem habent, quaedam vero propter solam inventionem sensis dicuntur, quod tamen a plerisque doctorum fieri omnino posse negatur, adfirmantium nullum penitus nomen aut verbum aut aliquam orationis partem, immo nullam paene syllabam aut litteram scribi sine certa ratione plenam, vel quadam sui proprietate, potuisse. Nam denique cum dicimus laetitiam, iucunditatem animi significamus stabilem et quodammodo perennem; et laetitiem (f) si dicimus, subitam esse intellegimus: et laetamen, gestum eiusdem additam gratulatione (g) indicamus.

6. Est etiam vespor, vespere, vesperum vespera. Hic casus nominativus quadruplex sit, cuius differentia haec erit, quod vesper quidem dicitur quotiescumque sol nubibus, aut luna ferruginibus, quaecumque dies aut noctis hora obtegatur: et hoc neutrum, ut vesper vesperis vesper vespere. At nominativo vespere vocetur ab hora nona, sole discessum inchoante: sed hoc eamdem declinationem nullam habet. Vesperum autem est cum sole occidente dies deficit: et sic declinatur vesperum vesperi cumpere vesperum vespero. Vespere est, cum lucis oriente aurora nox finitur: etenim sicut dies noctis successu vesperum, sic et nox die aurora

(a) Ita cod. — (b) Ita cod. cum duplici f. — (c) Melius debere. — (d) Ita hic cod. — (e) Ita cod. — (f) Cod. Perom. laetitiem. — (g) Cod. gratulatione.

vesperam habet, et sic declinatur, vespera vesperae vesperam vespera. Cavendum est tamen ne aut vespes, aut vesperum, aut vesperas, pluralem numerum habere putetur. Unde miror quomodo quidam praesumtione sensus sui dicere vesperes, et non solum pluralem numerum contra omnem ordinem rationemque confusibiliter adsumpsit, verum etiam genus ipsum corrupit, pro neutrali masculinum ponens. Sed huiusmodi viri nomina, quia nobilis est et satis clarus, et multis forte eius duplicetur infamia, manifeste prodere nolo, praesertim cum hoc fassus sit, non solum audacter sed et temerarie se dixisse, et factum suum in unum meum porrexerit. Sed de hoc viro satis sit dictum. Ceterum nominativo casu scribendo multi saepellus et concepta vel addunt multa vel minuunt, ut est beneficium, cum hic describi non debeat. Multi etiam dicunt filius, pro eo quod sit filius; sicut Maecenatis (a) graecus discipulus, nomina eandem integrum (b) discipulos, immo monere audens, et ut rectius dicam corrumpens, filius inquit meus es tu. Et miror unde l addidit in nominativo casu singulari, nam in plurali nomine sicut decet scripserit, mensa vos filii mei. Dicunt etiam cerus pro cervus, et ne tamen declinant cervi cervo, et cetera; et tamen peregrinum, tamque (c) barbarum est, ut unde allatum sit (d), intellegi non possit.

7. Nunc de genitivo casu. Omnis genetivus (e) casus in *i* litteram terminatus, ductus est aut enim longus aut brevis est: longus qui in *i* duplicem desinit, ut boni (f), fibi, gobii; brevis qui in unam terminatur *i*, ut docti, stili, domi. Licet nonnulli aestiment hunc casum quocumque in *i* terminatur, debere longum fieri; nos naturam syllabarum et temporum in hoc opere non discernimus, sed simpliciter discernimus quomodo casus ipsi ponendi sunt. Non enim quia genetivus casus produci dicitur, ideireo per longitudinem temporum etiam phoni (g) extentionem aestimamus (h); nisi ubi vel *i* duplicata fuerit, vel *e* suspirata fuerit (i). Nam genetivus in *ae* diphthongo finitus, producit quidem naturas, sed nisi (k) e duplicetur, sonum non extendit. Omnis genetivus casus, qui in *is* aut in *us* finit, breviare (l) semper debet. Licet omnes ullis possunt omnium prolivem (m) casum, genetivum non habere; sed in hoc caso defectivum, et dicitur nominativo hanc manus, dativo huic mano, ita tamen et genetivum pluralem non admittunt (n).

8. Requisiti etiam cur in Galbungi schola addi solet in genetivo casu ductu (o), cum in nominativo sit doctus. Hanc causa fuit Mitterius quidam spontaneus (p) vir (cui et vati credidimus,) hic ut liberaret in versibus utrumque hocce indubitabili (q) affirmatione testabatur, ut doctus doctius, sanctus sanctius, verus verius, perfectus perfectius; et ita in genetivo doctu, sanctu, veru, perfectu. Hic ergo senex (et valde senex) ad meam noctu venit domum, quem cum gratissime suscepissem, ait ad me: o fili, interroga me si quid cordi est, et ego huic vice hospiti refectubo (r) te. Et ego ad eum sic: habeo quod te interrogem sunt quaedam communis quae discerni a me non possunt, quae sibi nomina, sibi pronomina, sibi adverbia, quae tu ipse et propone, et absolve quae ego interrogare non arripio.

(a) Grammatici nostri haud similis probabilius nos p. ei. *Puoperito*. — (b) Ita cod. — (c) Cod. *tamquam*. — (d) Cod. *vel*. — (e) Cod. *genetio*. — (f) Ita cod. Nuper autem negavit omnior aestimandum. *Ac* in hoc vocabulo. — (g) Cod. *fonii* *aut* peroditu glossa varis. — (h) Ita supplex. — (i) Ita cod. — (k) Nisi pro nominis, gate ponit post ponitur non. — (l) In cod. pro *brevare*. — (m) *Superponitur* glossa *prodivorum*. — (n) Cod. *ammittunt*. — (o) Cod. *ducti*. — (p) Ita cod. *spontanie*. Sane in vetustis cod. saepe legitur *Spantia* pro *Hispania*. — (q) Cod. *indubitali*. Sed alibi *indubitabili*, et *indubitabiliter*. — (r) Ita cod.

9. Tum ille velut quodam spiritu afflatus, prophetare inquit scio, fili mi, quae est cordis tui quaestio; sunt enim nomina, quae et adverbia hisdem litteris esse manifestum est, ut una une, tria tria. Haec ergo discretio erit, ut quando nomen sit, prima syllaba producatur, novissima corripiatur, quando vero adverbium, prima syllaba correpta, novissima producetur. Sunt etiam pronomina et adverbia, quae litteris hisdem esse dicuntur, nisi sono discrepaverint, ut hic hic. Sed si emendatius et melius scribere vis, adverbium per duo c charaxabis (a), ut hicc. Sunt etiam quae verbis similia pronomina, ut ego, ego, tu tu, quis, quis, tui tui, tibi tibi. Sed si verbum sit ego, prima syllaba producitur, ut ego, quod est eiro.

10. Sed hoc indagandum inter haec tria verba similia quali discrimine discernenda sint, ego, ego, ego. Cum ergo scribis ego, in praeterito tempore egi, cum aspiratione diphthongi scribitur ego autem diphthongo careat, et sic declinetur ego egis, et praeterito tempore egi brevietur: sed si syllabam novissimam extenderis, omni errore carebis: sicut si in praedicto egi primam syllabam produxeris, recte esse feris, praesertim cum diphthongum habeat. Cum scribas is verbum, semper produces, ut eo is, sicut a queo quis. At cum scribis pronomina litteris is eius, quis cuius, has monosyllabas semper corripito. Et cum scribis tui pronominaliter, priorem syllabam producere debes. Cum autem imperativo modo activi verbi correperis tui, sequentem syllabam produces. Est autem hoc verbum tuo, tuis, tuit, et est aeneas, clara aspicio. At si de tutella (b) dixeris, tueor, tueris, recudere coniugationis erit deponens verbum. Sic tibi, si scribis dativo casu pronominis (c), posteriorem syllabam acues (d) si vero imperativo modo activi illius verbi scripseris, quod est o tibis priorem syllabam acuere debes. Tibio enim hunc sensum habet citharizo; tibia enim quoddam cantandi genus est.

11. Est etiam verbum et adverbium hisdem litteris charaxari solita, et esto esto: nam esto neutralis verbi, imperativo modo, tempore futuro est, cuius syllaba prior acui debet. Si vero adverbium fuerit esto, prima syllaba correpta, posterior necessario (e) acuetur. Est autem sensus huius adverbii esto, hoc est recte, secundum illud Galbungi: " esto, inquit, vivunt, qui mundi flaccidam luxoriam (f) str (g) contempserunt; „ hoc est recte vivunt. Est etiam esto, pro forsitan accipi solet. Et hunc (h) hic esto, pro forsitan (i) posuit. Sua, sua, sua, nomen et pronomen et verbum. Nomen sua est femininum, hoc est demur, in qua scholastici viri suabte ac suaviter scripta vel dicta componunt. Est etiam verbum sua primae coniugationis activum, hoc est suadeo secundum illud Ciceronis (1) suate (k), inquit, viri fratres, ut pace sint romanae. Hic Cicero ingeniosissimus est in omni arte, ut in proverbium creverat apud omnes philosophiae auctores, nec legit qui non legit Ciceronem. Sua ergo pronomina circumflexe utraque vocali producta et nomine sua, brevis utraque vocalis fiat, ita et media u per duarum vocalium synaloepham non modo corripiatur, verum etiam prorsus extinguatur. Sic de sua motioredum est. Sed

(a) Semper scribe. Semper tamen cavet aspirata hoc verbum in nostro codice. — (b) Ita cod. ut in aliis caeteris quae sequuntur. — (c) In cod. additur festus. — (d) Cod. tibi pro acues. — (e) Cod. necessarior. — (f) Cod. luxoriam in vox per in lubes volante. — (g) Cod. has. — (h) Cod. hinc. — (i) Num dicat forsitan? — (k) In cod. a suo suade; ut a suadeo suadete.

(1) Intellige Ciceronem gallicanum Sarrum illum (cp. 11 § 3.) ma illum suae argentum

quia enim de genetivo casu dicere coepermus, alio cursu et quasi in aliam regionem noster hic sermo devenit, ut sententia sententiam impedire videretur, ideirco de genetivo caso paene satis sit dictum, ne longi dictio modum colenmos excedat.

12. Verum de genetivo plurali pauca dicamus. Omnis casus genetivus in -um terminatus syllabam multas regulas multasque causas habet. Enimvero praeter originalem illam quam trite omnes sermone et nos (a) eloquemur, id est cum ablativus casus singularis in -i fiert, etiam ex aliis (b) ergis (1) genetivus in -ium pluralis fieri solet, cum vel in duas semivocales (c) nominativus fuerit terminatus, quae sunt -ns et -rs, et ablativo rami in -e desinuerit (d), ut mons, ars, sors, mors, prudens, sapiens, ingens, et ablativo monte, arte, sorte, prudente, sapiente, ingente. Non ergo debet dici ablativo ab hac arti vel monti, licet et hoc quidam corruptissime dixerint. Et genetivo plurali sic dicendum, montium, artium, pretium, mortium, prudentium, sapientium, ingentium. Tertio autem additur regula ob quam ablativus casus in -e, et genetivus casus in -ium finitur, cum generis feminini nomen in -e correptam ablativo casu desinuerit (e), ut ab hac clade, ab hac civitate, ab hac virtute, ab hac sede, ab hac fame, ab hac mole, ab hac quiete; et genetivum pluralem in -ium mittunt, ut cladium, civitatium, virtutium, urbium, famium, sedium (quietium.) Haec de genetivo

13. Nunc dativus casus quid ostendit, ex eorum sequendum est regulis et verbis, qui de singulis artium rationibus lente (f) et assidue sicut didicerunt ita et tradiderunt. Dativus, inquiunt, casus cum consulatum verbum neutrale demonstrat: sed tamen non per omnia verba eo casus haec regula servanda est, in specialibus inventibus (g), consuetudinibus, rationibusque servit, ac si dicas placeo tibi, displiceo tibi, gaudeo tibi, et similia. Dativus casus in -i semper acui debet, excepto illo casu qui quattuor syllabis numeratur, ita dumtaxat ut in nominativo tres syllabae sint positae, ut potestas, civitas, pietas, claritas. Si autem disyllabus fuerit nominativus casus singularis, et utraque syllaba brevis fuerit (h), dativus casus posteriori acuetur syllaba, ut igni, pani, cani. Si vero syllaba nominativi casus prima acuta (i) fuerit, dativi casus posterior corripietur, ut cladi, fami. Si vero nominativus casus monosyllabus fuerit illius dumtaxat quae extensa longa fuerit, illius prima syllaba in omni casu acuenda est, et reliquae syllabae corripiuntur.

14. De dativo autem plurali et ablativo multi diversi senserere, maxime cum in -is syllabam terminatus fuerit. Etenim ceteres nostri nos ita docuerunt, ut cui hus ablativus casus in -is syllabam terminatus produceretur, excepto cum per duo -i scriptus esset, ut codiis, copiis, gradiis, brachiis, gladiis, gobiis, et ceteris ii scholis, stelis, globis, toodis, cerbis, doctis, populis, et ceteris, omnia huiusmodi verba ablativo corripi semper debere censebant. Ceterum novis scholis supervenientibus, alia sententia supervenit. Dicunt enim nostri quod omnis dativus et ablativus casus pluralis in -is syllabam terminatus, longus semper exstare sit. Quid ergo facient isti, et quid poterunt discriminis inter illum ablativum pluralem, qui per duo -i

(a) Cod. *eore* — (b) Cod. *ali ex alii.* — (c) Cod. *vocales.semivocalesactivus.* — (d) Ita cod. — (e) Ita et infra. — (f) Cod. *lapt.* — (g) Ita cod. — (h) Cod. *fuerint.* — (i) Cod. *acuta.*

(1) *Ergas* pro *causa* recurrit in epistola quinta

necessario productus est, et enim quam natura longa esse metrici affirmant? Hanc regulam ponamus, ut omnis dativus vel ablativus casus pluralis, qui in -is syllabam terminatur, si in nominativo casu ante novissimam syllabam -i producta fuerit, ut filius, gladius, gobius, filia, gloria, sapientia, ablativus casus vel dativus pluralis duo -i semper habeat, et producte dicatur filiis, gladiis, gobiis, sapientiis, gloriis, brachiis, gaudiis, et cetera (a). Si vero nominativus casus -i ante novissimam syllabam non habuerit, et ablativus casus vel dativus in -is fuerit terminatus, non duobus -i, sed virgula tantum aut solo sono acuatoque producamus hos plurale casus hoc modo, ut hastis, globis, calvis, medullis, machinis, donis, tabernaculis, et cetera.

15. Nunc de accusativo casu. Videtur mihi accusativus casus inter ceteros aliquid habere cuiusdam praelatum firmitatis, sicut et inter ceteras verborum significationes activum verbum: unde et nonnulli veterum (b) accusativum casum verbo activo nominat de genere masculino suum omnino debere statuebant. Cuius quaestiones solutio haec erit. Genus masculinum dicitur quod firmum est: unde et fortes feminae dicuntur *viragines* (c): unde Ercilius Nam regia uxor sine claventibus (d) dicebat, noli me dicere feminam quia vir sum. Hoc autem dicimus et scimus, quod sit accusativus de genere masculino. Hic accusativus casus est, qui non graecus sed latinus, non dubius sed fortis et stabilis: eterim graecus accusativus tam incertus est et tam obscurus, ut utrum sit accusativus an alius, nonnisi per verbum agens facile possit agnosci: unde et multi nostrorum pro explanandis casuum declinationibus latinam regulam in graecas extorquere (e) voluerunt. Regula autem accusativi casus latini haec est, ut quotiescumque in -m fuerit terminatus (propter illum accusativum quem saepe et trite diximus maeonem, id est illius nominis quod productum est (f)) et monosyllabus est, ut spes spem, res rem, et cetera (excepto inquam -is) necessario brevietur in -em -os finitus, excepto si -i ante habuerit, producatur.

16. Sed quia tam multi non modo de accusativo casu, sed de omnibus casibus in metarum demensione tractarunt, ego ad finem huiusce tandem epistolae, quaestionem quam nonnulli non facilem (g) praeterierint, ut difficilem atque obscuram enucleare utcumque annabor. Miror ergo quomodo caelum nunc in scholis Latinorum neutraliter singulari numero declinatur, et in plurali masculino, cum hoc veteres nec habuerint in usu nec omnino audierint: nulla enim ratione defendi potest, quod sola tantum consuetudine obtentum est: sed haec mea modo in toto paene terrarum orbe valet, et relictis rationibus veritatis, sola consuetudo pro vero tenetur. Sed ne longum faciam (h) sermonis fundamentum, caelum apud veteres neutraliter nubium globum significat, qui solem lunam stellasque celare solet, et habet in plurali numero caela, Sophonia propheta scribente, " tenebrosa caelant caela, caeli claraque comtegunt sidera (i). „ Caeli autem summi habebunt in singulari

(a) Cod. [illegible] etiam in margine. — (b) In codice additur [illegible] quod est superfluum [illegible]. — (c) [illegible] — (d) [illegible] — (e) [illegible] — (f) [illegible] — (g) [illegible] — (h) Cod. *faciam*.

(i) Sophoniae prophetae liber quidam apocryphus memoratur a S. Athanasio in synopsi scripturae sacrae n. 76. Clemens vero alexandrinus strom. lib. V cap. 11 recitat ex eo fragmentum ab hisce virgilianis diversum. Utrum hoc de apocrypho propheta agatur, an de ficto ut Cicerone, Te-

nominativo caelus masculino genere, sicut et noster Cicero (1) canit, " caelus illu elevatus vicu carnalium caret. , Qui caelus, quia a celsitudine decretus, aspiratione dignus erit, at caelum quod de caelando ducitur, diphthongicam habere non poterit dignitatem (a). Omne ergo nomen uno semper genere potestur (b), et num quam in aliud ex alio transibit. Denique et in hoc errant, quod sibilus sibile, tartarus tartara dici duplici, et ut ita dicam dubio, posse genere nostrorum plurimi arbitrantur. Nam sibilus sonus (c) erit vel serpentis vel follicorum, et habet in plurali numero sibili sibilorum, et reliquos omnes casus. At sibilum neutraliter homine discendum est, quod trifaria solummodo casu contentum est, ut sibilum sibile sibila, reliqua nunquam in usu habitis. Sic etiam cum dicitur tartarus, omnis locus generaliter fragosus ac difficilis aditu, masculino genere pluraliter dicentur tartari, et reliqui solito more casus: tartarum autem neutrale, quod solius inferni est, in plurali numero habet tartara tartara tartara, reliquis nondum receptis. Sed hoc fine cludendo (d) epistola est. Explicit.

INCIPIT SECUNDA DE PRONOMINE.

1 Ne forsitan nostrum opus claudicare putaretur, si non etiam pronomini sua epistola fuisset reddita, et tibi desiderii tui aliqua portio subtrahi videretur, velim quidem de pronomine magis conticescere quam aliquid dicere, praesertim cum tam multi de hac oratione parte multa et clara vel opusculo proprio vel ceterorum operum locis haec eadem occupata descripserint, sed et ego ipse in epitomis ter quinis numero (2), proprium pronomini indixerim opusculum Vecumtonem ne in illud Glengi incidam (e), quod cuidam conflictum fugienti dicere fidenter ausus est " Gaego, inquit, fugax fabula (f) dignus est ,, pauca tibi tuo negotio (g) necessaria de pronomine perfabulaber

2. Primum in ordine pronomen finitum est ego. Tamen multi innumeras ventilant quaestiones, inscrutantes quomodo et qua ratione tam dissimilibus litteris idem pronomen compositum sit, ut dicatur ego, mei quod plerii (h) magnum ste dooto sedare volebant, ut affirmarent, ego inter monoptota debere semper adscribi, ut in omni numero genere et casu ego singulariter diceretur. Terentius ego inter defectiva credidit iudicandum, ut scilicet excepto solo nominativo nullum enim habeat. Utrique tamen concordi hortatione defuntaque edicto dicebant, pro ego, meus corpusdum esse, et sic declinandum mius, mei vel mis, mihi, mm, a me. Quibus Galbungi auditores e diverso resistentes dicebant: si ita est, cur non etiam plurali numero litterarum servetur ordo, sed sic declinetur nos nostrorum? Aliaque multa admodum sunt, quae quamcunque litterarum ordinem servent, sensu tamen sententiaque convenientia esse non dubitantur. Simili ergo modo defendendum est,

(a) Ergone scribendum celum et celare? — (b) Cod. potestur. — (c) Cod. sonis pro sibilo. — (d) Cod. cudendo — (e) Cod. incidam. — (f) In cod. — (g) Cod. sui negotii. — (h) In cod. pro plerique

ventil etc., noniui quis deficiat? Et cum helemon gnote, in linguae scientia? Sephonias cuiusdam na- quiquam ergo fortasse Tiddinm non in codice u tiano

(1) Nempe Sancti filius, ut tum dicitur
(2) Infra in nostro volumine.

hoc pronomen trito ut sit declinandum, sicut plurimi receperunt, ego mei, et pluraliter nos nostrum

3 Quam quaestionem cum ad meum Aeneam rettulissem, ac diutius dies parte (a) de hac eadem multa volveremus, ad extremum ita intulit, quod secundum Galbungi Terrentiique sententiam mens mei mihi rectissime scribitur Verum ego sicut neque et cetera declinamenta, per omnes casus unam tantum habere declinationem, multa auctorum lectione indubitabilium credere compellimur, Servilio scribente " agrum ego rapuerunt. „ Hoc est dicere, mei agrum rapuerunt. Et iterum Galbungus quidam veteranus in Italiae (b) partibus constitutus, in clausula cuiusdam sui operis sic fatur " cum ego debitam, fili, fraudabis mercedem? „ Ego pro mihi posuit. Virgilius quoque asianus in quarta dispositionum (c) in genesim hominis libro sic infit " quis ego condidit, ut sic essem? „ Hoc dicit, quis me condidit? Sarbon quoque pater Cleugi in Rigaltia (1) reginae cantico " digna ab ego laudari carmine mirabili „ Hoc est a me. Et ne pluralem quis ego habere valeatur negare, exempla passim inventa ponemus. Laterius condiscerus meus in quodam querelosa carmine sic fatus est " ego quod simus saturi, quibus agri sunt direpti? „ Ego hic pro nos positum est. Fassica quoque femina tam sapiens et tam scholastica, ut nomen eius usque in diem quo orbis erit certissima laude (d) celebretur, hoc inter cetera usa est exemplo " patres ego tradiderunt omnia quibus utimur peritiae instrumenta. „ Hoc dicere istis videtur, nobis tradiderunt patres. Sarrisius quoque Ciceronis pater, " quid, inquit, ego vita carpitur? „ Hoc est dicere nostrum vel nostri vita. Sed de his mihi ista sufficiant: usus et de ceteris eadem possunt intellegi

4 Verum Galbungus et Terentius quattuordecim diebus totidemque noctibus in contentione mansisse referuntur tali, ut si ego vocativum casum haberet aut non haberet, ex omnibus doctorum ceterum traditionibus approbarent. Terentius renuebat vocativum casum ego habere, qui casus vocativus secundae semper personae adiungi debet, ego autem ad primam personam semper pertinebit Galbungus etiam huic pronomini vocativum casum accidere posse adfirmavit, in eo praecipue loco, ubi sub interrogationis modo verbum primae personae habeatur, ut si dicat o egone recte feci vel dixi? Sed hic vocativus, id est ego, absque o et ne adiumento circumpositorum stare (e) non potest Haec cum ad Aeneam quaestio me internuntio refferretur, ita eam veritatis eventilavit, ut quia ego primae personae nomen est, et verbum primae personae imperativum modum non habet, cui accusativus casus semper annectitur, tunc tantummodo hoc pronomen vocativum casum retineret, cum sub interrogationis modo diceretur, o egone recte feci, vel locutus sum? Plurali tamen numero vocativum casum inveniri in dubium nulli vel contendentium parti venire potest, ut nos o o nobis! pronominum cum imperativus modus etiam primam personam pluralis numeri flecti soleat: cum enim dicis non dico

(a) Cod. pendo. Sed nos parte solo placet. — (b) Cod. Italia. Sed idem evidens sonum n. 11. ubi de Aenea qui non in Italiam sed in Italiam ivit. — (c) 10 cod. — (d) Cod. certe sine eius celebretur. — (e) Cod. stare

(1) Videtur intelligenda Rodegundis aut Rigundis, quae utraque regina sexto in saeculo vixit. Confer Duchesnium script. Franc. T. I

nus, non hoc loco vocativus casus esse potest, licet et nominativus esse non negetur. Sed de hoc pronomine satis sit dictum.

5 Hoc tamen pronomen compositiones duas recipit, aut cum ipsum illum duplicatur, ut ego ego vel cum met syllabam recipiet, ut egomet tue tuin, tumet, sese, semet. Est et quaedam quaestio in pronominibus difficilis, et solutione satis indigens nam cum dicimus meus tuus suus, et in plurali numero nostee vestee, quaeritur quam tertiam personam huc ponere debeamus? Negant quidam tertiam personam in hoc loco nimi penitus oportere Nonnulli pro quodam solatio scribentium ac legentium tertiam personam illam, propter quam (a) pluralem posueramus, id est suus, communem esse definiunt, ut dicant me, meus tuus suus, nostee vester suus quibus nec credere nec omnino discredere licenter audemus maxime cum nullam rationem hoc loco inveniant, quae tervent tertiam personam, nec starum (b) praesumus irreprehensibiliter poni vel debere.

6 Est pronomen, de quo dubitatio magna habetur, utrum finitum an infinitum sit, ut iste. Nonnulli etenim infinitum esse cum quadam defensionis suae auctoritate hortantur, ut ego iste, tu iste, ille iste, quod tamen in nostris lectionibus non tam prompte nec parate in usu habitum repperimus; uno etenim tantummodo in loco hoc legi, cum Cato (2) dixerit " ego iste qui locutus sum, „ quod utrum recte an secus posuerit, non est indicii mei decernere aut definire: cum tam multi sit et copiam latinitatis totius regio, et ut ita dicam pelagus immensum (3), ut diversi omnino discretatas spatiis et multae (c) adinventiones et excogitatae, ut putantur, a nemine ad liquidum possint.

7 Sunt qui putant pronomen alius (d) genetivum casum habere, quod putatur potius quam rationabiliter usurpatum credendum est. Nonnulli enim sic declinandum rentur hoc pronomen, alius alius eli. Multi etiam sic declinent, alius ali alio Nonnulli commentabantur alius alis sse alium. Sed haec omnia ex nulla certa auctoritate peterunt adprobare neque enim Ciceronis, Donati, Catonis, Virgilii asianus aut alius troiani, aut Galbungi, aut Terentii, aut cuiusve ceterorum, qui de artibus multa opera fecerunt, compte et pulcherrime scripserunt, dicta depromere ad (e) firmandum hunc casum solebant. De hoc ergo pronomine ista sententia servanda est, quod genetivum casum habere non potest

8. Sunt pronomina de quibus ambigitur utrum pronomina an adverbia intellegi debeant, ut eccum ellum. Sunt pronomines quibus declinatio affectatior vel commutatitia exercitur, ut eccea, cui, cuio. Scio et cuia cuiae, et cuium est. Sed haec declinatio non ad auctoritatem referenda est. Est etiam pronomen secundum utrumque numerum per quattuor mana declinandum, duos scilicet nominativos casus et singularem et pluralem, duos aeque accusativos ut nostrem nostrates, cuias cuiates (4)

(a) Cod. per pacn. — (b) Cod. rosunt. — (c) Cod. multe pro multae. — (d) Cod. pronominalium. — (e) Cod. et ad

(1) Iterum, sensu quo adhuc graecum

(2) Catonem intellige incertum aliquem

(3) Promiat audire aspiratio Ciceronis de copia latinae linguae memorabile paradoxoque iudicium de fin. I. 3 Ita sentio, et saepe disserui, latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putant, sed locupletiorem etiam esse quam graecam

(4) Gatefredus grammaticus in cod. vat. p. 13 sic. Faperillus (an potius Gabrillus?) cui: celetia sunt tibi mancipia? respondemus nostratia. Sed Virgilius dicit quod cuias et nostras, excepto nominativo adde et accusativo; utriusque numeri, reliquos non habent casus, ut cuius et nostra. Et pluraliter cuiatia nostrates.

Sed ut haec eadem vernera esse exemplis approbemus, Donatus in quodam carmine ita composuit dicens: " nostras nimis femilis, nostrates quoque pecore evadunt imminentia hostilium pericula ,, Galbrinus quoque " nostrates, inquit, salutate fratres, quia (a) et nostrates vos undique salutent ,, Terentius quoque in quarto dispositionum grammaticorum libro tale prohoemium edidit " cuius gens, et cuiates populi litteras tam prompte dedit (b), quem Tusci quorum natura fertur ob infantiae omnis sapientiae studere soli, et nihil aliud amare quam semper philosophare? ,,

9 Sunt pronomina quae prompta et cognita esse videntur, sed in aliis casibus deficere putantur, ut solus, totus, alter alterius. Sed si quis se omnibus latinitatis lectionibus intendat, manifeste inveniet omnes casus horum pronominum sic declinari, ut solus solius soli solum o solo et pluraliter soli solorum solis soles o solis. Quamquam nonnulli genetivum casum pluralis numeri in pronominibus non recipiant, solorum totorum alterorum (a); verumtamen legere me nec raro nec in incertis auctoribus memini, hos casus trite et plane declinatos: sicut in Quintiliano (c) legi, " qui erat computarius dierum et mensium (d) et lunae et solis, totorum inquit mensium, quibus in sese reciproca successione revolvitur annus, supputatio perdifficilis est, et intellectu egens (e) diligenti ,, Et infra " solorum, inquit, industriorum virorum bella quis narrabit? ,,

10 Sunt etiam qui " plures ,, aestimant in pronominibus accipiendum (f), quorum opinioni nec multum diffidimus, nec nimium favemus. Sed quae incidit (g) quaestionem prout potuerimus explicare temptabimus. Multi " pluribus ,, singularem numerum negant inveniri posse sed sic declinari plures plurum pluribus requirendum equidem (h) est, et haec pronomina sunt. Quare comparationis gradus a multis recipere dicuntur, enim pronomen comparationem habere non possit (i), maxime cum plureores a quibusdam scribantur (k), quod comparativo gradu dicendum est. Unde manifestum est haec nomina magis adiecta (l) esse quam pronomina, praesertim cum etiam superlativum gradum habere dicantur, ut plurimi. Sed numerus singularis in his nominibus non facile invenitur, nisi in neutrali genere dicitur enim plus: praeter quod nominativo casu dictum, singularis numeri flexu deficit (m). Quidam dicunt plus ad tria genera pertinere, quod non mihi videtur esse ratum.

11 De pronomine quidem satis fuisse aestimarem, nisi quia plures ex nobis quaestiones volunt inferri, quid inter illic, istic, qualiter articulata a pronominibus distent, quare ipsa articula (n) sic vocentur Ille, ut ferunt famosi intellectus, sive in bonum sive in contrarium accipitur partem: sicut Aeneas rhetorum et grammaticorum poëtarumque peritissimus doctor, Aeneam Troiae bellatorem laudans " felix, inquit ille Aeneas qui (o) decies victus Troia fugit recensa, Italiam (p)

(a) Cod. quid. — (b) Cod. dedisti. — (c) In cod. lect. corrigitur vel corrumpitur a Galbredo. — (d) Cod. mensuum. Sed rem mensium. Utrumque vocabulum bene rara etiam in antiquis est. — (e) Cod. egena. — (f) Ita cod. non accipiendum. — (g) Cod. incidit. (h) Cod. et qui. — (i) Cod. possit. — (j) Ita cod. non scribitur. — (l) Sic etiam infra n. 13 nomi adiectiva. — (m) Cod. deficit. — (n) In cod. etiam hoic. — (o) Cod. quindecies. — (p) Cod. Italiam

(*) Galbrediun grammaticum in cod. est p. 18 ... Solus et totus numero plurali. Virgilio testante, deficiunt. Sed in Quintiliano solorum et totorum invenitur. Ait enim ita: solorum industriorum quis narrabit bella virorum? Item qui erat, inquit, computarius dierum et totorum mensium. Differt tamen aliquantum Galbredus a codice neapolitano

pergens, quinque continuis proeliis annis, vitam bellando feliciter finivit „ In malam etiam partem quod " ille „ accipiatur, manifestum est ex ipsis Isaeci (a) cuiusdam africani sermonibus, quibus vituperat Donatum quemdam avarum virum; " quid facit, inquit, ille Donatus avarus in propriis, cupidus in alienis, fur vorax? Hic (b), quod subostendit, licet alio tenore (c), volumus edocere inter cupidum et avarum quid interest, cupidus namque est qui cupit semper augere, avarus autem qui congregata retentans nulli largitur " Iste „ communiterque communis, ac vitioria licet, habetur persenae

12. De articulis autem nonnullorum diversa sententia est: tradunt enim quidam ob id articulata indicari, quae enim ipsa nominibus non flectuntur, ut hic homo, huius hominis. Quod si ita est, aliquot utrum omnia pronomina articula vocent, quae in declinatione enorata nominibus ipsis adhaerere possunt; an vero nullum ex articulis, excepto hoc, in articulum recipiatur, quia cetera possunt semotum declinari; praesertim cum et his separatim saepe consultorum. Ita sunt hic, is, quis, qui, tu, se, licet se nominativum earum (d) careat unde et mihi verius videtur, quod nostri adserunt, omne pronomen monosyllabum (e), articulum dici, quod maxime Cicero adsentitur. Articulum manifeste demonstratum est de ante unde et multis videtur tunc articulum dici, quando monosyllabo fuerit, ut hic quis is, at hoc figurae simplicis cum autem compositum fuerit, *pronomen*, ut quisque, aliam, haece. Haec de articulis.

13 Pro dolor! Sane et omni miseratione dignum est, quod multi haec articula secundum ordinem corruperunt: nam quae subiunctiva esse debuerunt, praepositiva fecerunt; et e contrario quae praeponi oportuerat, illegitime postponuntur; secundum Galbeum in quadam epistola scribentem " sciat his in sese vindicatum. „ Debuit dicere " his sciat. „ Recinus (f) quoque pravissime scribens ita effatus est " is erat vir valde bonus et maxime prudens. „ Oportuit eum, si sarcibus compos fuisset, ita componere " erat is valde bonus vir „ Haec in pronominibus fuere, quod etiam in copulativis contrario modo saepe posuerunt, quorum ordinem corrumpentes, " que „ copulativam coniunctionem praeponentes, " et „ ordine postponunt: sicut quidam gallus noster baptizator sentus gentes agens " oderunt, inquit, quidam solamque lucem „ cum debuisset dicere, odeant solem lunamque Terentius quoque Terentii filius contraria vice posuit " vir mulieres et „ debuit enim manifeste dicere, viri et mulieres.

14. Multa habes huiusmodi quae disserere possim, nisi quia perlongum est omnia perscrutari. Sicut enim qui viatorum via proposita gradiens, si alia semita declinare voluerit, is non parvas itineris eis incurrit moras, praecipue si festinare proposuerit, ita et qui scribendi officio se dedunt, si opere scripti sunt ingressi, alia inter scripta praeparent, multam in opere suo comprehendationem necesse habebunt incidere (g); in tantum ut multis interrogationibus occupati, quam potissime viam gradiantur, a nonnullis incipiat ignorari. Unde et lectoribus multis esset eadem fastidium, dum longe scribendi circuitibus fatigati, coepti sensus tiet tandem inve-

(a) Ita omnino codex. — (b) Cod. Haec — (c) Ita cod. Malit tenore alterum a re. — (d) *Careo* cum accusativo legitur etiam apud Frontonem ed. rom. p. 206. — (e) Cod. monosyllabus — (f) Cod. recinus. — (g) *Incidere* cum accusativo propr. — etiam apud Ciceronis interpretem a me editum ad or. in Verr. IX x. ed. rom. p. 272. Item et Symmachi epist. II. 27. *proximi eventum non circumdate quam pericula vario incidere*.

nant. Rectissime etenim pedum nomine homines animi vocantur, qui per campos meditationum inspiratae, silvas quoque difficillimarum quaestionum iter agentes, festinatione semper immoderata in tantum ut lurescant (a) die noctuque utuntur, tanto desiderio sensum et mensum, qui latet vel qui differtur, cito invenire desiderant.

15. Sunt etiam pronomina, quae nonnullis adiecta esse creduntur, ut talis legitur et qualis (b), quae primae positionis omnino pronominibus non accidunt, vel ex eo quod adiectorum nominum modo declinentur, ut talis, qualis, qualis; quae consuetudo pronominibus accidere non solet, declinandi etenim genetivus casus pronominum multorum in -ius syllabam terminatur, et nullius in -is. Denique qui pronominum artem scribunt, hanc dubitatione sermonis fidentem praeponente, genera inquirentes pronominum quot sunt? eadem fere sunt et nominum? non audent fidenter dicere genera pronominum eadem quae et nominum, cum a plerisque doctoribus audiunt, communia duobus pronominum (c) generibus legitime non habere: hac ratione eisdem adstipulante, quod ex his praedictis nominibus, quae sunt talis qualis, adverbia usus evidenter solent, ut taliter qualiter. Licet enim ex pronominibus adverbia rarius dicuntur, et meatim tuatim suatim nostratim vestratim, tamen nisi adiectis nominibus adverbia inter syllabam latius exire rite posse negantur. Est et alia causa, qua haec nomina adiecta potius quam pronomina censentur, quia neutrale nomen in -e habent, ut tale quale. De his pronominibus vel nominibus talia dicta sint.

16. Alia sunt pronomina, quae geminata vocantur, ut quisquis quaeque quodquod: unde et in ablativo casu habemus a quo vel a qui, a qua vel a qui, a quibus vel a quis. Quibusdam tamen visum est " qui " alia declinatione potiri, ut tribus tamen vocibus flecteretur nominativo utriusque numeri, et ablativo totidem utriusque numeri. Nonnulli contendunt " qui " omni generi conaptari (d) posse, quippe cum in ablativo dicamus a qui viro, a qui muliere, a qui opere: sive horum sententia stare debet, " qui " per omnem numerum omnemque casum monoptote quadam declinatione fruitur: ut qui vir, qui viri, qui viro, qui virum, qui mulier, qui mulieris, et qui mulieres, qui mulierum, qui nomen, qui nominis, qui nomina, qui nominum, et cetera huiusmodi. Quidam seperatim utrumque pronomen flectere (e) sanxerunt, et sic habent: quis, cuius, cui, quem, a quo, qui, quorum, quibus, quos, a quibus. Alia vero qui, cuius, quorum, a qui, et cetera. Et in plurali numero duo ii ponuntur, et qui quorum, quis, quos, a quis. Sic et quae, cuius, cui (qui duo casus per e propter discretionem harum declinationum non sane ponuntur) quam, a qua: et pluraliter quae, quarum, quibus, quas, a quibus. Altera vero quis et in genetivo per duo -ae quaeae, quaeae, quaeam, a quaeca vel a qui, quaeae, quaecarum, quis, quaeas, a quis: et neutraliter quod, cuius, cui, quod, a quo, quae, quorum, quibus, quae, a quibus. Altera vero quid, cuius, cui, quid, a qui: et neutraliter quod, quius, qui, quid, a qui: et pluraliter quae, quamorum, vel quorum, ut melius videtur, quis, quaeta, quibus, a quibus.

Haec tibi, diacone mentissime, de pronominis ratione breviter dicta, opportunum sibi potuit finem. Explicit.

(a) Cod. lurescunt. — (b) Cod. taliter. — (c) Hi cod. — (d) Ita cod. — (e) Cod. flecti.

INCIPIT TERTIA DE VERBO

1. Ante quam ad verbi explanationem manum mittimus, super qua re in epitoma pridem breviter lusi, totas (a) tamen, addidimus *regulas*, respondendum puto his qui nos profano et canino ore latrant ac lacerant, dicentes nos in omnibus artibus contradicere sibi nobis invicem, cum id quod alius adfirmat, alius destruere videtur, nescientes quod latinitas tanta sit et tam profunda, ut multis modis ac fariafarie (b) explicare sensibus necesse sit. Quis enim latinitatem sensatus putet tam angustam habere tamque artatam, ut unumquodque verbum uno tantum facto unoque sensu contentum esse videatur? praesertim cum latinitatis ipsius genera duodecim numero habeantur, et unumquodque genus multas in sese complectatur artes.

2. Unusquisque igitur legentium, sanoque scrutantium sensu (si tamen livoris nullo torquetur morbo, nihil enim livore sanum sentire potest, qui dum alio invidet, semet ipsum aperto quodam sentimus lumine fraudat) omnia inquam lector subtili studens animo multimoda latini sermonis sibi intentare, consideret in primis ipsius orationis vim atque naturam, si tamen pro subtilitate atque habundantia considerari a quoquam recte queat. Deinde multas esse sciat causas, ob quas singulorum immutatio verborum fieri soleat: nunc enim necessitatibus, nunc discretionibus personarum, nunc metrorum compositionibus, nunc eloquutionum ornatibus, omnis ratio servire necesse est. Si quis ergo haec a medio tollere potuisset, quod tamen fieri omnino non potest, hic valebit in omni latinitate unam eandemque etiam consuetudinem ac sententiam semper astruens servandam. Sicut enim via quaedam regia et publica una est, quae ad metropolitanam ducit urbem, multas tamen ex se procedentes habet semitulas, quae quidem ipsae ad eandem perveniunt urbem (unus si (c) duo quilibet unum iter ingressi fuerint, et unus eorum per latam et publicam viam pergere destinaverit, alter vero semitulam quasi compendiosorem gradi maluerit, nihilominus tamen in eadem urbe conveniunt) ita etiam haec de qua tractamus latinitas, cum quidem lingua in proprietate sua consistit, multas tamen immo paene tam innumerabiles sententias et orationes habet, quibus diversam quidam sermonis tramite, unius tamen linguae veritas adprobatur.

3. Haec autem idcirco diximus, quia cum omnes artium partes, nonnullas apud plerosque dissonantias habeant, multo tamen maius in verbo difficillimarum quaestionum silva ac dissonantiarum densis inveniuntur. Unde et multa super verbi explanatione concilia apud Romanos habita esse comperimus, quibus multi et famosissimi praefuere viri, Iulianum dico, et Terentium, Galbungum quoque, et Glengum et duos Gregorios, Regulum, et reginum (d) Cornelium, virum satis eloquentem, graecae et hebraicae linguae promptissimum interpretem (1), virus in latina

(a) Cod. tuas — (b) Ita cod. Et quidem paulo post legimus *faria*. — (c) Cod. qui quo si — (d) Ita cod. Videtur autem nomen gentis vel patriae, aut adiectivum potius Cornelii, quam proprium illius in tali magno militandum. Ceteroquin Reginus agnomen legitur in antiqua inscriptione apud Politum dubiam ms. cod. vol. g. p.

(1) Vide hebraicae etiam linguae peritiam barbaricis saeculis superstitem. Et quidem nos in Bibl. PP. T. VII. part. II. p. 618 specimen praeterii exhibuimus per illa saecula latinam ex hebraico factam

sermone fulgore ingenii tantus erat, ut nihil obscurum relinquere videatur: qui me quoque et duos filios Iuliani, Donatum grammaticum, et Donem paene rhetoricam simul et grammaticum, postea fidelem modo presbyterum, ad se venientes benigne ac libentissime suscipiens docuit plene rhetoricam meam artem, et alia poeticam, et de reliquis grammaticam: et ita anni in convictu (a) ipsius scholae dies nostrisque usu transacta, quam culmen quoddam amor discipulatui nostro, quo ad magisterium summum perveniremus, exiguam licet nostra pro mediocritate attigimus partem. Quem cum super verbi statu interrogaremus, utrum uno eodemque modo idem status servari possit, hoc nobis responsum cum exultatione dedit, quia verbum sicut eum debet regi, cuius autem (b) status multi et diversi suntnec enim in sedatu (c) et bello uno modo regnat, neque in gaudio et tristitia: aliquoties enim rigidem me, aliquando mitem, modo fortitudinem regiae potestatis ostendere, modo clementiam et refienam quodammodo prae se ferre lenitatem. Similiter etiam modo verbum, multos in esse continet status: nunc enim fortitudinem rufienus largitur, nunc fortiter sofert firmitatem. Haec Cornelius, cuius sententias infra subiciemus, cum ipsius verba expositionem coeperimus tradere. Sed nunc tam praemissa praefatiuncula, quasi quodam apologetico adversus adversarios (d) defensi scuto (e), ad ipsum verbum stili extendamus manus.

4. Verbum pars quidem orationis usitata pars ab omnibus modo et intelligitur et vocatur, a plerisque tamen doctoribus non pars orationis, sed XII partes habere creduntur, quas per numerum explicare, quia proferre coepimus, necesse habemus. Prima pars verbi, status, secunda, formatio, tertia, ordinatio, quarta, moderatio, quinta, subfiguratio, sexta, adnumeratio, septima, temotatio (f), octava, indagatio, nona, adfirmatio, decima, mehoatio, undecima, prolatio, duodecima, declinatio. Has XII partes Cornelius supra dictus Galbungusque nobis plenissime atque explanantes edisseruerunt. Terentius contra quos, tacri seu fimeto cornuta, boans se renitens dicebat verbum nonnisi unam solam sententiam tenere posse. Quod quidem in ipsarum partium, quae sets sunt, numero verum esse novemus, verum quia verbum multimodis (g) se multifarias habet sententias, Terentium non spectant contrarius doctoribus has XII partes verbi adscribentibus, quas nisi legitime adsmbuerint, tunc dependere decidi sunt se discerpendi.

5. Status igitur verbi hic est, quod omnis dictio atque ratio vel sententia usque ad verbi locutionem diffectue, et quodammodo mutificatur. Sicut usque ad regis sententiam sectoritatemque nella (h) populus prope uti potest, nihil loquela, nihil numerositas consiliumque proficit; ita etiam universae orationis partes, licet numerosae sint et clarae, nisi tenor verbum adfuerit, infirmantur et nullificantur. Unde et status verbi a nonnullis virtus nuncupatur, quod verissimum est, quia ex testimonio virtus in indicativo et imperativo vel maxime traditur modo, qui duo in verbo orationis fimissimi dicuntur modi. Quidam statum verbi hunc esse dicunt, cum solum verbum sine ullo alterius partis orationis adiumento efferitur, ut est lego, vel dice, vel dixi. Quod si ita (i) est, ubi virtus apparebit, si agere verbum visum

(a) Cod. convictu. — (b) Cod. suni. — (c) Sic cod. Item pro sensu? vel sedula pro quieto? — (d) Cod. adversarios. — (e) Cod. scutum. — (f) Sic cod. et infra temotatio. — (g) Sic cod. et infra non multimodis. — (h) Id est eandemque. — (i) Cod. ubi.

non fuerit? Virtus enim verbi actum non in hoc tantum agnoscitur, quod ipsum verbum in omni oratione primum loquatur, verum etiam cum activo haereat nisu.

6. De hoc statu librum elegantissimum supra dictus Cornelius (a) edidit, quem si volueritis legere, in promptu habetis ex quo unum tantum sumam verbum, immo ex verbo capitulum, in quo status verbi evidenter apparet. Quare, ait, status dicatur, intellege: quia in primis, praepostorata licet inscriptione, dictionum fronti verbum statuitur. Unde errant hi, qui statum verbi idem appellandum putant, quia verbum per ordinem declinetur: cum enim dicis statum, non ex alio modo, praeter quam stat vel statuitur, intellegi debet. Unde et super statu hominis hoc dicimus, quod homo in eo quod coeperit, perseverantur stare videatur. Sicut et Origenes afferens in quodam volumine super statu hominum edito, ne fuit est hominis, inquiens, status si in coepto permanet, nihil mutabilitatis habebit, sed immotabilis quodammodo et aeternus permanebit.

7. Hunc Origenem cum Romani legerent fideles, nisi quae gentilis erat, inter fidelium libros suscipiendum decreverunt. Hunc namque morem ex apostolicorum auctoritate virorum romana tenuit ac servavit ecclesia, ut christianorum libri philosophorum reposti (b) a gentilium scriptis haberentur (1). Cum enim necesse haberent homines in liberalibus saecularis litteraturae studiis nati educatique, ut sapientiae ipsius commetudinem fideles adhuc entuerent, videntes ecclesiastici doctores non posse eos ab hac quam coeperant intentione develli, simul etiam quia maxima ex parte eloquentes viri ad componenda ornandaque scripta essent caelestis et divinae sapientiae profuturi, si converti ad Dominum et in eos eloquentia permanerent, prava in (c) recta studia verterent, hoc consultissime statuerunt, ut duobus librariis (d) compertis, una fidelium philosophorum libros, et altera gentilium scripta contineret, ne fidelibus infidelis commiscentes, nulla discretio inter munda fieret et inmunda, ut si quis vellet gentilia (e) legere, semota (f) haberet. Sed haec de his satis sint.

8. Nunc de formatione verbi, quam secundam diximus partem, pauca fatenda sunt. Formatio est quae in formas verbi consemus (g) inclinanda. Formas autem usitatae quattuor esse dicuntur: sed mihi esse videtur contrarium, si forma dicitur illa declinationis totius perfectio, cum forma non ad declinationem, sed ad quandam multitudinis derivatione imaginationum pertinere credenda sit. Formae ergo sunt evidentes atque notatae, quarum prima frequentativa nominatur, quod in Gelbungi schola sumi non erat solitum, sed magis adiectivam dicere consuerunt, dicentes eam uno litteris modo, verum etiam sensibus adcrescendam esse. Quidam non adiectivam sed accumulativam vocitarunt: cum enim dicis vincito, hoc intellegi das, quasi id dicens magis ac magis vinco. Sunt qui frequentativa forma sic utuntur, si idem verbum iterato scribere voluerunt, ut vinco vinco: quod quidam turpe putantes, si utrumque verbum integrum scribant, foede tamen scribendi hoc modo non sine modo, dicentes vincvinco, et in praeterito vicivici, et sic dicio et dixi; legego et legogi, quod etiam (h) pessime coniugationis commutative licet modo verbis co-

(a) Cod. Cornelius. — (b) In cod. non appositi. — (c) Cod. et pro in. — (d) Cod. libris. Scripsi librariis (pro bibliothecis) quod est sensu proximum. — (e) Cod. gentilia. — (f) Cod. semota. — (g) Cod. consemus. — (h) In cod. interserbitur et

(1) Ankerdertaenis (illegible) not Lani

nantur adstruere, ut pro clamito et vocito habeant clamamo et vocamo, et sic secundum praeteritum tempus clamamavi et vocamavi. Quod quia nulla auctoritate suboxum atque suffultum est, non ad auctoritatem sed ad ambiguitatem scribendum est.

9. Solent tamen nostri paene omnes in suis scriptis ex saepe verba conserere, quae vitioso consuetu tam a veteribus quam etiam a recentibus scriptoribus inserta sunt, multas et recte ob causas: sive enim propter ipsam glifam (a), ut scilicet lectores impediant, sive ut verbis illis nos examinent (b) propter difficultatem pensuram (c), sed certe ut hac difficultate audientium ac legentium animos incitent. Et hoc modo cum a doctissimis nostri temporis magistris haec usurpata sunt, non solum a praesentibus scriptoribus velut ad redubitatam (d) auctoritatem, verum etiam a posteris suscipientur. Sicut in libro Phalangis cuiusdam lacedaemonici (e) viri lectum est scripsero, quod ad primae coniugationis verbum pertinere a nonnullis putatum est, quia solent temporis futuri coniunctionem modi indicativi temporis praesentis loco scriptor imposuit, dicens " haec verba, amici, quasi populi mei filiis, diligenter emando et scripsero „ Neque enim credendum est doctum virum (errant) cum copulativam coniunctionem interposuerit, non duo praesentia verba confuisse (f). Unde et multi (g), nostrorum maxime Galleorum (1), hoc verbum primae coniugationis esse opinantur, ut dicant saepe scripsaravi et scripserabo et scripseras, et cetera. Sic etiam in quibusdam Gallorum nostrorum scriptis invenimus kanno (h), cum nos cano tantum consuemus. Denique Brentius quidam epistolarem exercens manum talibus utitur initiis " cannenti domino Sereno (i) „ Cannenti posuit pro canenti.

10. Inchoativa forma est quae inchoari quidem, sed non finiri videtur. Quidam non inchoativam sed defectivam solent vocari formam, quod scilicet temporibus (k) deficiat, quod et ego quoque magnopere adsentior. Quidam tamen hanc formam inchoativam non ob hoc dicendam putant, quod temporibus deficiat declinandis, cum saepe repperire et dicant calesco calui, fervesco fervui (l), marcesco marcui, liquesco liqui, sarcesco sarcui, tacesco tacui, sed quoniam praesentis temporis litteralis declinatio a praeterito discrepare videtur, ideirco inchoativam nominari debere censent (m). Quibus ex maiorum traditione facillime respondebitur non esse hanc rationem veram, ut ex his verbis quae inchoativae formae sunt, praeterita tempora nasci credant, ut tacesco tacui. Alioquin haec verba secundae coniugationis, de qua dicturi sumus, quod praeteritum tempus habebunt ut taceo maceo sarcio ferveo caleo et cetera, quae procul *dubio* praeteritum tempus habere necesse est. Inchoativa ergo verba haec ante dicenda sunt, quae cum declinari praesenti tempore coeperint, praeterito tamen tempore deficere noscuntur.

11. De his formis verborum inter Regulum cappadocem (n) et Sedulum (o) romanum non minima quaestio habita est, quae usque ad gladiorum paene conflictum pervenit: quindecim namque noctibus, totidemque simul diebus, insomnes

(a) Ita cod. et infra [illegible] — (b) Cod. [illegible] — (c) Ita cod. — (d) Cod. [illegible] — (e) Cod. [illegible] — (f) Cod. *confuisse* — (g) Cod. *multorum*. — (h) Ita cod. — (i) Cod. *Sereno*. — (k) Cod. *temporis* — (l) Cod. *ferui*. — (m) Cod. *censent*. — (n) Cod. *cappadocem*. — (o) Ita cod. non *Sedulum*

(1) Ergo gallicanus patria Virgilius fuit. Et quidem tolosanum dicit eum Abbo floriacensis.

et indeptus manere, tribus modibus utrumque cumptis. Regulus enim has formas verborum alias nominibus, alias quoque intellectibus, alias etiam quam nos (a) in usu habemus veritatis rationibus debere intellegi. Formam namque frequentativam omnibus simul verbis accedere posse adfirmabat; nec non etiam inchoativam omnibus coniugationibus, temporibus, verbis, ministrare dicebat, ut celesco calmeui, et in secunda persona calmisti, et tali modo in plurali numero calescimus caluistis. Dicebat enim unumquodque verbum duas habere formas frequentativas vel tres ut lego lecto, legito lectito, et has tres primae coniugationis esse docebat. Formam quoque inchoativam dualem esse dicebat, ut calesco caluco, liquesco liquesco, acesco acasco.

12 Cui Sedulus romanus, vir admodum ingenio acutus, atque eloquentiae satis floridus, taliter responsum compositissimum dedit. O vir bene ac mitissime civis, nobis tu habere sedata Romanorum scripta, quae ob ipsa latinitatis constitutione rubusta et inconcussa usque nunc perdurarunt. Has etenim verborum formas suis lineis suoque ordine romana eloquentissime conposuere scripta, ut forma frequentativa certis verbis accedat. Si enim omnibus verbis easdem formam accedere fideliter asserueris, necesse habebis exempla proferre, quibus sententias tuas manifestum ostendas probamentum. Nulli etenim fas est, praeter usitata verba, aliquid eloqui sine exemplo. Quis enim sibi viam orationis pandet (b), quam nulli prior atterere praecessores? Ergo quod dicis tria esse frequentativae formae incrementa, et inchoativa bina, plenis maiorum approbato exemplis, ut si approbaveris, duplicem nobis gratiam conferens, te etenim veritatis adsertorem monstrabis, et nos horum, quae fortasse penitus ignoravimus, expertos facies.

13 Cui Regulus multa ex veterum auctoritate praetendens, quaedam ex iis quae dixerat verissima esse probavit; nonnulla eorum penitus stare non posse, fortissime destructione convictus est. Ex his (c) autem, quae vera esse nulli dubitaut (d), exempli gratia, pauca proferemus. Frequentativa, inquit, forma tres efficientiae triaque habet incrementa, primum quod duabus syllabis gaudet, ut lecto, quod quidem ex simplici forma paulo obscurius oritur discrepans, unde et a multis non tam receptus, quia formam frequentativam adsecuit meat litteris ita etiam sensu diversari debere immo potius asserere. Sed nos ne dicimus quod hic legat, qui (e) minimum saltim litteras dicere, lectet autem qui quod legit, intellegere incipit. Legitat vero, qui quod legit intellegit, sed alios legere fecit tradendo iis artem scribendi, quos legendi assuetudine dudicent. Porro lectitet, qui omnino legere non desinit. Inchoativae autem formae verba utriusque coniugationis esse possunt, ita tamen ut utraque coniugatio alterum sibi vindicet verbum. Nam cum dicis floresco, primae coniugationis esse noscitur, ut floreso florescas, ac caliseo, patisco, parisco. Mirantur saepe doctores horum, in quibus aliquando, temporum quare et quomodo verbum primae coniugationis non per omnia tempora declinabitur: si enim declinatur, inchoativum esse non potest: nam primae coniugationis t (f) verbo per omnia tempora exire posse, facile (g) lectio demonstrat.

14. De forma vero meditativa multi ambigunt utrum penitus esse debeat an non, multis negantibus et aliis adfirmantibus. Duplici (h) etiam nomine hoc verbum

(a) Cod. nos quam. — (b) Cod. pingaet. — (c) Ita cod. — (d) Cod. dubitentur. — (e) Cod. quod. — (f) Ita cod. — (g) Cod. facitre. — (h) Cod. dupli.

formae meditativae utuntur; quidam enim meditativam vocant, quasi a meditando; quod mihi diligenter indaganti obscurum esse semper videtur. Nam cum dicis victorio, nescio quomodo ad meditationem pertineat, quocumque sensu intellegatur; sive ut nos dicimus, quandoque vincamus, sive ut quidam, volo vincere, meditatio hunc locum non mihi videtur invenire. Ego non meditativam, licet id consuetudo multa invexerit, sed promissivam ac (a) voluntativam dicere debemus. Nonnulli inter alios (b) huius formae verba per omnia tempora secundum primam dumtaxat personam declinata utuntur; quod non mihi videtur improbandum.

15. Nunc (c) praeludium tertiam, ut diximus, partem esse verbi ordinationem, cuius in expugnatione (d) paulisper immorari necesse habemus, praesertim cum de ipso opere plurimorum tam varia et tam diversa sit, ut quid potissimum lectoribus suimus appetere debeat, vel ignoretur, vel ambigue putativum habeatur. Ordinatio ergo est quam coniugationem verborum consuetudinarie communem; nam quod rigorem in litteris sonat, ipso manifestatum ordo tenet. Unde etiam amici maiorum plurimi non coniugationes sed ordinationes scribendas esse. Harum autem ordinationum numerum multi tres, nonnulli quattuor, alii quoque vel sex aumentes confudere. Nam praeter tres, omnis eorum vacillat opinio, licet quartam coniugationem, sive ut huic (e) in manibus habemus, ordinationem, non adeo refutandam esse existimemus. Porro tertiam ordinationem in tres plerique dividendam putaverunt, ut sit prima quae vero producta, ut audio, dormio; quae vel maxime in his modis vel temporibus facillimeque dinoscitur, quos sumus inferius scripturi. Etenim non est, id quod in mentem modo venit " labaica irrepens rapiat oblivio (1). "

16. Memini me a quodam Lupo christiano viro atheniensi (f) in ratione verborum satis experto, cum illum de verborum difficilium interrogarem *ordinatione*, qualiter et quomodo et qua ratione variata sit, talia ab eo addiscere. Varias, inquit, fili, opinationibus non satis credas, quae tam multae sunt quam et cogitationes hominum. Lege ergo singulorum libros, et scrutare, et considera, et vide quid in eis congruum atque unanime, ut ita dicam, quidve dissonum ac dissentivum; et quicquid concors et consentivum inveneris, hoc sume (g), et in corde tuo velut quoddam salubre ac suave vinum infunde; quicquid autem discors ac dissentivum apparuerit, velut venenosum ac toxicum penitus evita. Unde et ego hoc inserui, ut in ratione verborum quaecumque a maioribus ac veteribus inserta sunt, libenter suscipiatis. Quae autem media sunt, et quodammodo in ambiguo posita, haec nec refutabis nec adfirmabis. Et si scriptum audieris, non nutaveris (h) utrum ad indubitatam auctoritatem aut ad ambiguum sectator exemplum.

17. Quod autem dicturos nos fore promisimus, hoc est quod tertia coniugatio producta in specialibus intellegatur modis, hoc est quia primo indicativo modo, tempore praesenti, persona prima, non facile dinoscatur; dicis enim audio, hoc (i) d ante -o- habet (k), ut lamus vel peoplas ea verba, quae nec tota producta, nec omnino correpta esse supponuntur. Recurras ad praeteritum tempus eiusdem modi

(a) Cod. ac. — (b) Cod. alias. — (c) Cod. nec. — (d) Cod. in expugnatione, intellige autem cui rei propugnandae. — (e) Cod. huic pro hic advers. ut supra. — (f) hic cod. Ergo lectiones adnuit. — (g) Pro sume. — (h) Cod. nutaveris. — (i) Cod. hor. — (k) Cod. habent.

(1) Videtur antiqui poetae versus a nostro laudatus.

perfectum, ubi nihil antposcium (a) remansurum est, ut si dicas audivi. Dehinc ad imperativum modum, ut audi. Deinde ad infinitivum, ut audire. Secundae autem tertiae coniugationis productae modus hic est, quem in quarta coniugatione suscipere ea debere putant, ut eo, is, it. Tertiam autem partim studiosi volubantium, hoc est coniugationem correptam, tertiam esse adfirmant, ut lego. Sextam autem quam nobis in numerum ordinationum adducunt, cuius omnes sensum suscipere oportet, eorum dumtaxat verborum, quae in -um litteram finientur, ut sum, possum, et cetera.

18 Super hac re Aeneam aliquando interrogans, audivi ab ipso tale responsum: discede, inquiens, o fili, et nihil summis quidem auribus recipere, si quis tibi senserit quod ullum verbum possit, quod in -um litteram finiatur, ullius esse coniugationis, quae res (b) fieri a corruptae mentis hominibus introductum est, et his qui nullam ex veteribus rationem scriptis acceperunt. Volentesque impulsu et (c) certe probare et confirmare, contrahunt quandam quasi coniugationum speciem, ut alii dicerent secundae coniugationis esse, quia licet haec verba in prima persona non mora solita in -eo exeant, ut video, certe in secunda persona in -es desinunt (d), ut es. A quibus inquirere debemus utrum futurum tempus eiusdem verbi in -bo aut in -bor exire posse inveniant. Alii vero firmissime contendunt tertiam esse coniugationem, quia indicativo modo, tempore praesenti, numero plurali, persona tertia, -unt habent. Sed quia omnino per totum verbum nihil habent, quod tertiam coniugationem veraciter ostendat, profecto errare eos opinabile est. Falsis itaque et commenticiis impostorum suspicionibus detectis, immo amotis, omne verbum quod primam habens personam, non in -o litteram desinet erit, nullius coniugationis esse inconcusse definimus.

19 Sciendum etiam illud quaesitum, quae cum tres ordinationes esse omnium antecessorum doctorumque nostrorum confirmat auctoritas, in unaquaque ordinatione quasi confusibili modo alterius ordinis litterae interserantur, in tantum ut in prima, secunda, et in secunda tertia, repperiatur prima, scribis enim nec laudo laudet, doceo doceat, lego legat, et ideo sollicite requirunt, qua ratione haec commutatio facta sit. Super hoc plerique nostrorum et a nobis et a nostris quaesiere parentibus; quibus consultis responsum est, hoc idcirco suscepi, non quia rationabile actum est, sed et modorum et temporum discrimen habentes. Si enim imperativo modo dicas secundum primam coniugationem laudo laudat, doceo docet, lego leget, indicativum modum non putabitur et imperativum velle te praedicere (e). Hoc etiam in ordinationibus vitiosa est ingerendum. Quare in omni coniugatione hic ordo servetur, ut in modo imperativo secunda persona in suo semper statu permaneat. Facilis est quaestionis huius solutio, quia hanc personam secundo nulla discrepatione cogitur ordinem suum mutare.

20 Nunc de moderatione stictim quidem sed plene dicere debemus. Moderatio est qua per modos verba ponderantur, in qua moderamine antecessores numerorum diligentes inquirunt, quare sexuplex moderatio habeatur, et perpetuo (f) lactantes intellectu, secundum sex aetates vel tempora mundi, sex modos verbi

(a) Pro antepositum. — (b) Melius quam non. — (c) Cod. et. — (d) Cod. desinit. — (e) Cod. praedicere. — (f) Ita cod.

positos (a) e veteribus philosophis credunt et asserunt, sicut etiam tempora verborum terno ordine secundum cimbalis mundi tempora permansa sunt.

21 In hac ergo sena moderatione verborum controversia [illegible] inciderunt (b). Prima eorum quaestio qui secundum litterarum ordinem modos quoque verborum ordiri debere putaverant, ita ut ab imperativo modo declinationem verbi exordirentur, praecipue si in -a- litteram desineret, et maeta liga planta: et hoc modo finito infinitivus modus sequeretur, quia in -e- litteram finiatur, ut mactare, ligare, plantare: deinde post hunc modum (c), cum ad indicativum ventum fuisset, a praeterito tempore perfecto incipientes, quod -i- littera finitur, et mactavi ligavi plantavi, in praesenti tempore finem verbo statuerunt, quia in -o- terminatur, ut macto, ligo, planto. Sed quia haec illorum sententia inepta (d) scriptione magis coacta, quam ratione veritatis videatur esse sobnixa, reliquum ordinem quo in secunda vel tertia coniugatione per singulos cuiuscumque verbi utuntur modos, reticere (e) melius quam exequi puto.

22 Nonnulli de imperativo modo quaestionem ducunt, quare primam personam non habeat, maxime cum nos qui hanc negamus posse latine dici. Ceterum in quodam volumine, quod (f) a Terentio Metello scriptum, adtulant ita invenitur, imperativus modus secundum tres personas, quemadmodum ceteri, inflexus. Sic enim habetur: laudem, lauda: addentque in secunda persona sub distinctione scribunt vel laudes. Sic doceam, doce vel doceas, audiam, audi vel audias, quaeram, quaere vel quaeras: et neutrali verbo sedeam, sede vel sedeas, dormiam, dormi vel dormias. Passivo communi et deponenti, loquar, loquere vel loquaris, glorier, gloriare vel glorieris, horter, hortare vel horteris. Et in futuro tempore eiusdem modi sic habetur, laudem, laudato vel laudes, et sic per cetera verba. Hoc utrum sit (g) ratione plenum, an consuetudinarium, immo potius vitiosum, nolo audacter discernere, quia eum nos non habeamus in usu, vel declinatione ipsius vel celeberrima lectione, certe rara lectione deramur, non usque adeo renuimus, si forte contingant primam personam in supra memorato inveniri modo.

23 Alia quaestio est quae quosdam movet, quomodo quasi confusus vel commixtus modus infinitivus indicativo vel optativo adiungitur, nec non et coniunctativo (h). Sic enim habes, dico dicis, vel dicere dicit, dicimus dicitis dicunt vel dicere. Tempore futuro dicam dices vel dicere, dicet, dicemus dicetis dicent vel dicere dicunt vel dicere. Optativo quoque modo, utinam dicerem diceres vel dicere. Futuro, utinam dicam dicas vel dicam, dicat vel dicere. Item cum diceremus diceretis dicerent vel dicere: et in passivo verbo eadem modis scriptum invenitur dicere. Et ideo requirunt quae sit huiusmodi ratio, quae infinitivum modum tam mobiliter convertat, et per omne verbum circumferat. Quibus rationem a maioribus nostris traditam ac perceptam reddemus, quia infinitivus modus secundum soloecismum pro omni modo accipiatur (1). Et ut hoc tam tibi quam omnibus palam fiat, inventa passim proferamus exempla. Catonius quidam africanus in epistula ad Ro-

(a) Cod. *positurus*. — (b) Cod. *[illegible]*. — (c) Cod. *[illegible]*. — (d) Cod. *in m. in a. [illegible]*. — (e) Cod. *[illegible]* — (f) Cod. *ad [illegible]*. — (g) Cod. *sit ac*. — (h) Sic cod.

(1) Num hinc manavit in anglicanae linguae tantus infinitivi modi usus?

moenia de pace mitte " cum, inquit, patrem facem, vestro sequimini commodo. " Hic est dimes, cum facitis. Virgilius quoque annuus in ille opere, quod quisque columnibus de statu regali, graeco licet sermone, scripsit, et a Galerio nostri temporis grammatico versum est in latinum, sic inclinavit dicens " Reges antiquitus secundum mores sibi solitos, legitimus populus (a) deorum statibus (b) regebant, quos si nunc quoque istius temporis reges emitati (c) fuerint, bene et competenter regnare. " Hic regnare posuit pro regnabunt.

24. Sed forsan quis hoc imperbans dicat, latinum interpretem propter inscientiam graeci sermonis tali modorum transmutatione usum fuisse. Non autem hoc contendat, nam etsi in graecis dictionibus infinitivus modus pro qualibet (d) alia statui non debeat, certe aput Latinos, licet secundum criticam consuetudinem, saepissime factum est invenies. Denique et Galbungus, quem nulla catio sciendae componendaeque latinitatis potuit praeterire, in clarorum (e) romanorum laudis imperatorum multumque libro, ac non semel (ne non tam de industria, quam oblivione ponere putentur) sed quaterna vice infinitivum pro alio posuit modo. In primo quidem libro loco ita dicens " cleo imperatores laude esse digni. " Esse pro sunt posuit. Postea autem " militae, inquit, romani indefessum habent studium douec semper pro suis cioeere. " Utique excelso Troiae moenia utitem (f) ne dispendi sinite timuere. " Hoc dicens assignat infinitivum modum in optativi locum accipi debere. Post item aliquotasi " a sodales romani cicesque (imperativo modo) consulite (g). "

25 De impersonali modo non utrubique (h) quaestio ecolitatur, Terentii quidem partibus obstinate contendentibus impersonale verbum ab omni verbo significatione, id est tam activo quam deponenti, tam neutrali quam communi, nasci indubitali (i) assertione solere, excepto passivo. Nam quod ab activo tertiae personae verbi passivi similitudine derivatur, passivum iterum non repetit: pronoertim cum passivum verbum absque nominativo casu essere non valeat. Galbungi autem auditoribus nonnisi ab activo et neutrali verbo impersonalem modum procedere posse. Quibus et ego facile assentirer, nisi Terentii paetes (k) nolle (l) nobis exempla prodidissent, quibus sententiam suam affirmabilem fecerant. Pauca proferemus (m) in medium. Namque Terentium ipsorum (n) praeceptorem ferunt dixisse " cramantur, inquit, ab omnibus, quia non pecuniae in auctorum praesidio persignandae dura ditione peperimus. " Et iterum Donati sunt exemplum profecunt dicentis " gaudetur et gloriatur in nostris urbibus, rege de exilio reducto. " Sed quisquam forsitan (o) cum haec audierit, potuerunt dicere, quia magis activa et neutralia verba esse eadem possunt, ex quibus haec impersonalia exeunt, quam communia deponentia, *id est gaudeo* et glorio. Quod etsi ego alicubi invenire potueram, tamen quia non est usitatum, affirmare non possum.

26 De optativo quoque modo famosa et ventilabilis quaestio nascitur, utrum semper (p) in declinatione tres tantum temporum efficientias ostendat (q). Ita etiam

(a) Cod. *populus*. — (b) Puto *statutis* scribendum. — (c) Ita cod. — (d) Cod. *alibi*. — (e) Cod. *claro*, quod referretur ad libro. — (f) Ita cod. Num forte *repetendum utique?* — (g) Cod. *consulite*. — (h) Cod. *utrubique*. — (i) Ita cod. — (k) Cod. *paetes*. — (l) *Nolle* pro *nullis*. Certe *nobis* pro *nullis* passe concinne est in antiquis mss. — (m) Cod. *in medium* et *medium*. — (n) Cod. *namque erat quorum*. — (o) Cod. *forsitam*, quod et alibi in mss. vidi. — (p) Cod. *semper*. — (q) Cod. *ostendet*.

tam continuat, utrum (a) mundum certum intellegentiam praesens tempus et praeteritum imperfectum modus (b) non recipiat; an potius duo tempora sub una dubitatione, vel propter latini status brevitatem, vel etiam ut audentius dicam, propter angustiam, per dum ordines continuantur (c) ut cum dicimus, utinam rogarem! et ad utrumque tempus, id est et praesens et praeteritum imperfectum, pertinent. Item cum dicimus, utinam rogassem! ad duo exeuntia tempora coniugatur quod et ego in epitomarum opere iam esse sentiendum scribens me arbitror. Ceterum de coniunctivo modo, quia nulla ambiguitas est, nihil tractandum puto. Propter quod etiam indicativum modum in eundem praedictum, id est coniunctivum, redigendum ac recipiendum nonnulli veterum putarunt, quibus nec ego omnino possum. Quoties ergo (d) indicativus modus sententiae (e) caput non facit, simplicem coniunctionem faciat necesse est. Simplicem autem ideo dicimus, quia non tam a doctis, quam (f) a simplicibus ac prosaicis exordium sumpsit haec scribendi consuetudo. Ceterum apud peritos quosque Latinorum omne verbum quod non ad dicturas (g) caput pertineret, coniunctivo (h) semper modo ponebatur.

27. Nunc de subfiguratione brevioribus quidam sermo dicendus est. Primum ergo requirendum est quare compositio verbo accedit? Ob tres ut opinor causas, quarum prima est propter sensuum expletionem vel immutationem; secunda propter metri compositionem; tertia propter loquelae ipsius characterem (i) componendum. Primam causam diximus esse, qua per figuras compositas sensus vel explentur, vel immutentur (k). Explentur quidem, cum per hanc figurarum assumptionem perfectiores et pleniores redduntur sententiae, velut si dicamus dico perdico, donno perdoceo, facio perficio. Dico enim et donno et facio etiam ab incipiendo possunt intellegi: cum autem docendi aut dicendi operisve faciendi finis advenerit, tunc per compositio edici potest. Mutantur (l) vero sensus per has subfigurationum duplicem ob causam, vel propter destructionem vel propter aedificationem. Destruuntur quidem cum dicas dissipo vel discredo, illud ad aequi destructionem, hoc ad incredulitatem suspicit. Aedificantur autem cum dicas concipo (m) et concredo, quod enim illic destruxisti, hic reaedificas. Componuntur etiam verba propter metrorum ut diximus compositionem, sicut in versu quodam Gmachi (n) auctoris legimus hoc modo dicentis " bello Gallorum toto consessent (1) in orbe ,, Hic enim -cum- nihil ad sensum addidit, propter quod versum tantum explevit. Haec de figuris dixisse sufficiat, praesertim cum in epitomarum praedicto opere diligentius de figuris quaedam diximus.

28. Nunc ad annumerationem veniemus. Multi putant simplicium scriptorum hanc annumerationem verborum eandem esse quam et numerum verbo inter septem vitatis species accidentem: sed nos hunc intellectum (o) firmissime destruimus, quia numerus simplex duplex est, singularis dumtaxat et pluralis, annumeratio ou-

(a) Cod. ut. — (b) Cod. modus. — (c) Cod. continentur. — (d) Cod. condicionaliter. — (e) Cod. et ego. — (f) Cod. non tantum doctis quantum a simplicibus. — (g) Cod. sententia. — (h) Sic hoc cod. — (i) Cod. docerem. — (k) Sic cod. — (l) Sic cod. — (m) An consipo? — (n) Cod. gmaci. Confer apud Frontonem ed. rom. p. 118 Gaius pro gnaeus. — (o) Cod. intellectum.

(1) Consessent compositum a cum seu con et cessent. Atqui hexametrum haberetur sic *Bellum Gallorum toto consessent in orbe*

tem usque ad duo viginti species perarent, quod factum ita nostri intellegunt, quia in prima Hebraeorum lingua idem elementorum aclamioumque numerus editus est; ob quam causam etiam philosophi antiqui verbum ex duo viginti speciebus in unum redicati sunt (a). Et ut hoc tibi manifestius cedatur, singulas annumera species. Habes ecce in primis qualitatem archi, per modia et formas, X species habetur. Modi siquidem sex habetur, et formae quattuor. Habes ternum coniugationum, quinumque significationum. Hinc octo species concluduntur. Per duplicem autem figuram et dualem numerum hoec summa superscripta consummatur.

29 Verum quare tempus quod ternum est, et persona quae aeque terna esse animadvertitur, ex hoc excipiatur numero, forte requiritur. Sciendum proinde est historicorum hunc esse morem, ut cum typum aliquem ad numerum praetendere voluerunt, non tam totam summae plenitudinem, quam quod (b) ad typum pertinerat propositum annumerent. Quorum unus qui erat, ut relantur, praecipuus Chromas nomine, ad nos usque perventum, quattuor tantum vocales litteras numerandas esse censebat. Cuius rei rationem cum ab eo Aeneas meus perquireret, tranquille reddidit effamen. Scimus, inquit, et eas quidem quinque esse litteras, quae vocales dicuntur; nostrorum tamen arterum peritissimum moris antiquioris (c) erat, ut nullum numerum absque typo enumerarent; unde quia quinquorum supputatione (d) numerum nullus cardinalis praecesserit typus, quattuor tantum vocales litteras, subtracta U, principaliter summaverunt. Vel certe ob hoc quidam U litteram inter vocales non receptarunt, quia eam tam vocalem arteres, quam linguam, appellari debere credebant, quia aliquoties pro vocali, aliquoties pro muta accipitur (1). Sed hoc silentio praetermittimus (2).

30 Illa autem ratio, ob quam quattuor vocales litteras, quasi praeiudicatoria potestate annumerabant, haec est, quod iste intuebilis mundus quattuor constat elementis, terra scilicet, igne, aqua, atque aere (e). Quod Plastus elegantissimo carmine disseruit dicens:

Lima solubilis, Mundus stabilis
Lympha meabilis, Sumptus initio (f),
Ignis ardibilis, Cursu terribilis
Aura mutabilis, Pendet exitium (g)

Secundum hanc itaque rationem, quam praedictus Chromas attulerit, in hac quoque enumeratione nostra, qua verbum totum enumeramus, tempus et personas excepimus, ne si hoc accepta, octo et viginti (h) species, ut est necesse, fuerint repertae, numerus typo vacet. Quamquam in tempus in quinque species dividatur, admortis tribus personis, octo species inveniantur, quas cum viginti duabus adiecerimus, iuxta lunarem rationem XXX facimus.

(a) Ita cod. pro ordinaverunt. — (b) Cod. quod quam. — (c) Cod. moris antiquoris. — (d) Interpunctio ... corruptum ... — (e) Cod. praemittitur. — (f) Cod. initii. — (g) Cod. cursu terribilis pendit exitium. — (h) In cod. constanter viendi pro viginti.

(1) Saepe unica forma U scribitur ... in codicibus ... et ... Eamque ... formam in praedictorum auctorum principibus editionibus conservare olim volueram.

(2) Hoc bene argumentum ... valet in re grammatica.

31 Nunc de immutatione pauca nobis edicenda sunt, quae immutata quidem est, sed iam qui novis adinventionibus distantur (a) utilis ac necessaria esse videtur. Immutantur autem verba simpliciter per litteras, per sonum, per sensum, per figuras, per tempora. Immutantur quidem per litteras secundum duas efficientias, hoc est sive per vitium sed decorosum, sive per necessitatem consuetudinariam. Per vitium quidem (b) decorosum, cum in versu Horatii (1) legerimus aggo pro ago. Hic (c) adiectio G sequentis vitiosa est. Sed cum agitur laetitia vel festivitas, sic consuerunt dicere aggo (1). Sic enim in praedicto versu habet " laetaque aggunt in moenibus (d) festa. ,, Ornatius enim et firmatius resonat, si quandam compendiationem linguae per syllabas faciunt. Unde et idem poeta commodius ratus est addere G in priori syllaba, quam exaggerato litterarum numero unam contra quattuor pendisset. Hac de causa in plerisque litterae (e) duplicantur consonantes, ut caellum pro caelum, et vallim pro valim, et ollim pro olim. Immutantur (f) autem, ut diximus, per necessitatem consuetudinariam, cum in nos habeamus scribere sperno et cerno, cum apud veteres romanae eloquentiae doctores, et eos praecipue quos probabilitas morum claros apud omnes effecerat doctrinarum, spero et cero poni debere censeretur (g), refutantes (h) R et N absque ullius vocalis interiectione sonbi pariter posse. Sed quia cero et spero alium habent effectum, nam spero ex spe nomen sumpsit, et cero bona sensum habet cum quis e cera componit, idcirco N necessario addita est ad spretionem (i) *significandam* et ad certam visionem.

32 Immutantur etiam per sonum, quia duo qualibet verba hisdem litteris ac syllabis resultantur, sed non eundem habent effectum, ut lego lego, quae nisi sono discreta fuerint, confusibilitas dicentur (k). Propterea lego ex lectione in prima syllaba acuetur. Nam lego ex legatione in eadem syllaba corripietur. Mutantur etiam per sensus, nec non nec syllaba nec littera distantia, ut credo, credo. Nam credo de credulitate dicitur, quod omnibus clarum atque propatulum est. Est etiam credo iunte mundi, cuius exempla (quia fortassis alio incertatum est) proferemus. Virgilius troianae scholae doctor contra Romanos scribens, eosque falsitatis *reos* esse (l) coarguens, ita infit; " o Romani, cur vestrae immemores veritatis, quae credidistis (m), transgredi voluistis? ,, Hoc est dicere, quae iurastis. Cato quoque " si quis, ait dissimulat, merito damnetur ,, Hoc est periuret. Sic etiam lusus duplicem sensum habet, pecuniae scilicet adquirendi, periculum nihilo minus mortemve evadendi. Sic cohibeo ad continentiam, sive alicuius rei indulgentiam concessionemque pertinebit (3). Mutantur quoque per figuras, quod omnibus apparere legentibus potest; verumtamen uno hoc probabimus exemplo. Dicimus enim construo et adstruo, aliud enim aedificandi, aliud adfirmandi. Mutantur nihilo minus per tempora, cum in latinitatis consuetudine habeamus praesens tempus pro praeterito per-

(a) Id cod. Nam pro distantur? — (b) Cod. quoque. — (c) Cod. hoc. — (d) Al. legebat moenibus. — (e) Cod. litteris. — (f) Cod. immutantur. Ita et mox. — (g) quidem alibi, pendo malore pro maiore. — (h) Cod. censere. — (i) Ibid. superius. — (k) Cod. spretionem. — (l) Cod. dicuntur pro dicentur. — (l) Cod. eos pro reos. — (m) Cod. credidistis.

(1) Intellige Horatium aliquem iuniorem, nomine nobis, non illum veterem.

(2) Haec sententia Virgilii nostri de duplicatione litterarum!

(3) Tunc vero scribendum potius combeo vel comineo.

facto. Ut Catonis: " cum venissent, inquit, utinque, parum alloquuntur Romani ,, Hoc est allocuti sunt. Sed quo ratione istud computatum est, poeta perdonandum (a) est, cum quo multi Latinorum e veteribus sibi traditum putant, praesens tempus ad utrumque pertinere, sive quod id temporis agitur, sive quod certissimo tempore quam praesens in actum praeterit.

33. Nunc ad indagationem verbi venimus. Indagatio verbi tribus modis intellegitur, in coniugatione, in declinatione, in metro. In coniugatione quidem per tres litteras principales indagatur, quae sunt a-e-i, quibus quasi quadam indagine a secunda persona modi indicativi omnis coniugatio per singulos modos dinoscitur, ut laudas, fulges, impis. Indagatur autem in declinatione per quinque tempora, quae manifesta sunt, vis quippe verbi declinandi, tempus est. Saepe etiam indagatur in metro per pedes, qui sunt syllabae crescente etiam syllabarum numero, nostra verbi componuntur in versus, quod plenius in declinatione probabimus.

34. Affirmatio uno modo secundum nostros, cum duo verba pro affirmanda sententia uni dictioni praesident (b), secundum illud Aeneae dicentis: " Reges remeans aeque et vera sententia credimus et fidimus. ,, Sufficeret credimus, nisi quia sententiam affirmare voluit. Affirmatur etiam hoc dicendi etiam (c) verbo cum dicimus " venit inquit vir. ,, Hoc pro affirmatione tantum ratio eorum esse habent " venit inquiens vir. ,, Sed quia in modus indicativus in uno dictione duplicatae, petunt se fortiorem facere sententiam, ideirco verbum inquit participii modo ponunt, sed tamen cum supponetur prius, loquitur, nam praeposterato ordine scribendi est dicens, inquit venit.

35. Inchoatio in una tantum verbi forma habetur, quae forma ab hoc inchoativa dicitur, quia praeteritum tempus non habeat, ut calesco. Quamquam multi Latinorum definitive (d) affirment, nullum verbum fieri debere, quod praeteritum tempus non habeat. Quibus non ego renuntiem, cum multa eiusmodi verba, quae videntur inchoativa, praeteritum tempus habere censentes, nisi quia perfectae formae verba prohibent in eorum convenire sententiam, quae praeteritum tempus sibi recisus vindicant. Sed enim hoc illis obiecerimus, responderunt praeteritum tempus geminae ordinationis verbis commune esse mihi, ut floreo floresco, et utrique esse venire florui. Sed hoc quia scholarum nostrorum sectam numquam in usu habemus, in ambiguo relinquentes, doctorum nostrorum sententiam profitemur, quod verba inchoativa praeterito tempore careant, exceptis his quae inchoativis similia, quia verba ex quibus nasci debeant non praetendunt in habere ideo praeteritum tempus habebant, ut conspicio conspexi, cognosco cognovi, erubesco erubui.

36. Nunc praelatio suo ordine ponenda est. Quid est autem praelatio, et quomodo suo postlatione dicetur (e)? Praelatio ergo in modis solis manet, cum modus indicativus omnibus superemineat et ordine et virtute.

37. Hic nunc peractis, solum quod restat explicemus, declinationem scilicet quae omnibus scholasticis etiam pueris percepta est ac trita. Verum secundum poëtae per metra, et non secundum grammaticos per prosam, declinandum est. Et ut syllabas crescere videatur, verbum monosyllabum, secundum pronuntiam in indaga-

(a) Cod. perdonitum. — (b) Cod. praesident. — (c) Cod. dicens. — (d) Cod. diffinitiv. — (e) Cod. dicetur.

tione, dilatatum (a) declinemus. Verbum uentrale, monosyllabarum indicativo dicto modo, flo, flamus, flas, flatis, flabam, flabamus, flaet, flato, fla, flatis, flamus, flatote, flem, flete, flee, flabo, flavese, flans. Et ut spatiosius et ad alia verba reddatur exemplum (quae quae subrebata sunt de hoc verbo poterunt unicuique (b), ac veredici mensuraes valebunt) etiam ad disyllabata tendamus, quae sic mensurantur: laudo, laudamus, laudatis, laudas, laudabamus, lauda, laudavi, laudasti, laudaveramus, laude, laudemus, laudate, laudes, laudare, laudabimus, laudabitis, laudatum iri (c), laudans, laudantis, laudanti, laudaverit. Scire debemus trisyllabata verba per hosce versus non tam facile posse, nisi per seisurum perenni. Et ideo quia finis epistolae in proximo est, ad tetrasyllabata, transeamus, quae sic declinantur: intellego, intellegis, intellegit, intellegunt, intelleguntur. Scire et annotare debet unusquisque veridicorum, quod unumquodque phonum procul dubio longum, brevibus in versu et metro annumeratur. Nunc, sicut promisimus, epistolarem sermonem finiamus. Explicit tertia de verbo.

INCIPIT QUARTA DE ADVERBIO.

1. Omnis urbs munita et cincta sives hostibus non tradet (d); ita historica expositio si recte ac ratabunde fuerit perordita, nullius reprehensionis locum ulterius habebit. Unde nos doctores monuit ut omnes artes non solum principales, verum etiam mediocres atque officiales, recte in praeceptis (e) statuantur. Propter quod et ego, quia tibi de nomine ac pronomine verboque laesiarias expositiones per epistolas intimaverim, inferiores quoque partes brevioribus quidem sed perspicuis (f) epistolis explanabo. Postrectum cum in epitomis de IIII partibus unum fecit opusculum, quae residuae sunt, adverbio scilicet, participio, coniunctione, et praepositione. *Ab* his, si proprias habeant epistolas, paulo latius aliquid legentibus conferetur ad sensum.

2. Adverbium ergo quarta orationis particula est, quae quia verbo adhaeret, adverbium nuncupatur, sicut pronomen ex nominis communione vocatur. Sed hic quaestio adsurrit. Forte enim aliquis inquirat, quod non dubito eventurum, si propterea adverbium vocetur, quia verbo semper adiungitur, quo nomine vocabuntur adverbia comparandi, vel qualitatis et quantitatis, quae nonnumquam non verbo tantum sed aliis partibus adiunguntur? Dicimus enim, magna valde venit turba. Numquidnam poteris ita componere, venit valde? alioquin quomodo sententia intellegatur? Dicimus etiam, tam docti et tam veloces. Unde et his, qui non octo sed plures orationis partes annumerare volunt, adverbium in duas partes dividitur, unam prisco nomine adverbium (g) vocantes, alteram expressorium. Ecce enim adverbia, quae nominibus vel aliis adverbiis applicamus, non tam adiunctionem solitam, quam sensuum expressionem significant. Adverbium adverbio adhaerens sine compositione aliqua, ad affirmationem tantum pertinebit, ut tam digne, et valde viriliter, et satis pulcre. Unde non parum errant, qui et coniunctiones copulativam interponunt, ut sit, satis et pulcre.

(a) Cod. dilatatum. — (b) Cod. de hoc vero poterunt quique. — (c) Cod. iri. — (d) Cod. tradat. — (e) Cod. in precia. — (f) Cod. ubilius perspic. — (g) Cod. adverbiorum

3. Adverbiorum significatio multimoda est. Sed multi existimant nulla adverbia ex sese nasci posse: nam cum dicis adverbium separandi «seorsum», habes nomen ex quo nascitur, ut est «seorus» (a), hoc est qui se ipsum ab humano separat consortio; sicut et adorus (b), qui se ipsum ad omnium ora intendit: iuxta illud Ciceronis: " si parilis fuero, adorum me faciam omnibus, sin alias, seorus efficiar, timens me convectibus tradere portorum. „ Simul, adverbium congregandi, et ex similitudine nascitur.

4. Multi obtendunt nobis quaestionem, quomodo adiecta nomina ex adverbiis venire valeantur, ut heri, ex quo hesternus, hodie, unde hodiernus; cras, unde crastinus; debuerant enim magis adverbia ex nominibus nasci. Super hoc Aeneam consulere me memini, qui mihi respondit, quod nisi mutata consuetudo haec temporis adverbia esse tradidisset, temporalia magis nomina et monoptota credenda fuerant, unde haec derivativa nascerentur. Et ne eius ipsius primam sententiam videretur, a quodam se sene Iulio (1) doctore didicisse asserebat, addente hoc quod, quia haec nomina declinationem non habent, ideo ab multis adverbia putantur; sicut et nequam, nugas, et quamplurima qualitatis adverbia, propter defectum declinationis, aestimantur. Sed hoc, inquit, Romanis non placebit, quos plus libet obstinatae consuetudini, quam certae rationi, consentire.

5. Sunt etiam adverbia, quae ex quo nascantur, ambiguum est, ut frustra, nequiquam (c), nequiter. Frustra enim utrum ex originali nomine, an ex imperativo modo verbi communis veniat, adhuc in electione pendet lectorum. Nequiquam autem et nequiter, si ambo ex nequam veniunt, sicut multis Latinorum videtur; hoc tantum movet plurimos utrum inter adverbia (d), nisi ex ablativo casu adiectivi nominis in -e- littera terminato, venire possit, quod quia certum non habent, nequiter omnino refutant (e). Sed nobis aliud videtur esse nequiquam, aliud nequiter: nequiquam enim pro sine causa vel frustra intellegitur, nequiter vero ad poenas proficit. Multi etiam quaerunt, quare -qui- in medio situm sit, et pro nequam, nequiquam legatur, cum etiam nequam sicut in omni casu genere ac numero (f), ita etiam adverbialiter adiecta possit. Sed propter discretionem tantum hoc additamentum mediae syllabae susceptum est. Ceterum nequiter aut simpliciter ex nequam accipiunt, aut ex sese nasci intellegant, quia alter non habent, aut si magis petunt, penitus reponant.

6. Requirunt etiam utrum ex participiis adverbia nasci possint; et si possunt, ex quo participio, utrum ex omnibus an ex aliquibus. Spondeo quidem me etiam palam omnibus partis orbis professorum, quod adverbia ex participiis indubitanter veniunt. Si autem quaeritur ex quo participio, dicam ut expertus sum, quia ex participiis temporis praesentis communis generis, ex participio temporis praeteriti cuiuslibet verbi adverbia sumuntur. Ex duobus autem futuri participii originem (g) adverbia sumpsisse, comprobatur: dicimus enim docenter sapienter instan-

(a) Ita cod. pro seorsum. — (b) Cod. adoris; sed infra adorum. — (c) Ut semper pro nequicquam. (d) Cod. adverbia inter — (e) Cod. refutent — (f) Cod. numero. — (g) Cod. partiemus pro originem.

(1) Num hic est Iulius Victor a me editus? Certe gallum videri tutius, dixi in mea editionis praefatione.

ter perseveranter. Quamquam secundum Galbungum ex participio praesentis temporis activi verbi sumi abnuatur adverbium, sed ex participio neutralis verbi trahatur. Nec non etiam ex communis ac deponentis idem doctor adverbia venire nisi vitiatum abneget, ut in praeteriti, tempore secundum trinam significationem passivam, scilicet communem ac deponentem, adverbia venire, nullus praeterea negare potest: siquidem dicamus docte, osculate (a), suspicate, locute. Audivi tamen, apud Afrorum scholas frequenter dici, quod ex deponentium verborum participiis, eorum maxime quae agendi consuetudinem non habeant, adverbia nasci non soleant.

7 Quae cum ita sint, attenta (b) doctorum ambiguitate sibi ut videtur dissonantium, consulendum nobis est, ut ea quae a nomine dubitentur, statuta ac definita sumamus, id est ut a participio praesentis temporis neutralis verbi, atque ab eo quod passivi verbi communeque est, praeteritorum dumtaxat temporum adverbia semper sumamus, ut est perseveranter, firmate, scrutate. Secundum hanc regulam etiam in comparatione et praelatione participiorum, adverbiorum quoque ratio servabitur.

8 Adverbia autem quae in -im syllabam mittuntur, non ex uno modo sumuntur. Quaedam namque eorum ex abiectis nominibus veniunt, ut caelestim, festim. Quaedam vero ex possessivis pronominibus assumuntur, ut meatim, nostratim. Quaedam etiam ex participiis verbi passivi, ut strictim singillatim: nam singillatim legitur, sicut illud Donnii (c) eloquentissimi et modestissimi viri dicentis: " non est mediocris vel facilis negotii bonum singillatim a malo. „ Nonnulla etiam ex primis nominibus venire adverbia suspicantur, ut partim, quod est ex parte dictum, et voluntatim, ex voluntate.

9 Quid nunc? Quia de adverbiis obiculis dixisse me arbitror, sermo breviandus est: ante cuius finem illud mihi Aeneas memorandum est, quod cum interrogassem eum, utrumne adverbia comparari possint, sicut et ceterae orationis partes, ita mihi respondit. Quid me interrogas id quod tritum est? Nam adverbia duas compositionum regulas habent, primam, quae secundum partem ex qua venit intellegitur, ut docte, indocte, insipienter, inepte, reprobate, oppense: secundam, quae in adverbiis localibus subiunctive ponatur cuius rei causa est, cum aliud locale adverbium in quocumque scriptione praecesserit. Tunc dicis ibidem, sicut etiam hic nos in pronominibus saepissime invenitur, quando cuiuslibet persona ante prolata, sermone prosequente dicitur idem vel eadem. Est etiam adverbium ablativi casus pronominalis (d) simile, ut illo: nam saepe dicimus illo eximus (e), hoc est illuc. Sic et quo, cum dicimus, quo vadunt. Sed haec adverbia mobilia semper sunt. Quia autem his dictis supra memoratus Aeneas suum finivit sermonem, mihi quoque hanc epistolam (f) scribenti hic terminus ponendus est. Explicit quarta de adverbio.

(a) Cod. osculate. (b) Cod. attenta. — (c) Cod. DNI. Num pro Domnii vel Donii? — (d) Cod. pronominale. — (e) Cod. exhibimus. — (f) Ita hoc cod. variatione orthographica. At alibi epistola. [illegible]

INCIPIT QUINTA DE PARTICIPIO

1 Dictum de participio, de quo et a nobis et a plerisque doctoribus sermo frequens factus est, illud mei Aeneae in proheriano operis commemorandum puto. Optimum etenim est et valde peroptimum omnem discipulum in fine omnium scriptorum atque ratio, praeceptoris sui indefessam facere mentionem, quem humanae disciplinae tertium sibi patrem vocaut. Itaque Aeneas meus triplam participiorum adserit esse virtutem, quod in libro de omnium artium virtute scripto atque ordinatum digesta tali edidit modo. Prima, inquit, virtus participiorum, quod nomen et verbum duas principales orationis partes obtinet. Secunda, quod sicut verbum fuerit activum, eodem modo et ipsum agit. Tertia, quod si in fine testimoniorum positum fuerit, pro verbo accipiatur, quod tamen non regi consuetudine sed raro occidit. Haec Aeneas.

2 Sciendum in primis est, totum participium per omnes sex casus duplicem agere solere, illo dumtaxat verbo, cuius sit significationis agens. Nominativus casus participii modo et ablativus saepe pro se invicem ponuntur, quod utrum sit rectum an secus, eorum qui ita scribunt arbitrio relinquamus. Nam pro nominativo ablativum participalem positum saepe invenimus, secundum illud Glengi " hoste per portas inrumpente (a) cives vacillaverunt. „ De hoc tamen, scilicet vel maxime varietur, quibusdam opinantibus septimum in utroque nomine casum adsumi, quibusdam vero secundum Galbungi traditionem asserentibus octavum potius utriusque nominis N̄ (b) casum sentiri oportere, quod et Aeneas probat, modo et scribens mihi, quoddam nomen ita declinavit, prosen, prosene, prosem, prosenem. Et cum ad ablativum venisset, eundem casum triplicavit rhetorizando (c).

3 Cuius rei ergum (d) inquirenti mihi, ita exsolvit dicens: sextus casus, qui est ablativus, et septimus atque octavus, litterarum forma similes sunt, sed dictione ac sententiae qualitate discrepaverunt. Sed si a dictione (e) discernuntur, ablativo casu " ab hoc prosene bene clamatum est „ Septimo casu " hoc prosene clamatore fruuntur „ Unde reprehendi sunt qui dicunt fruuntur ab eo aut cum eo, sire eius: huiusmodi enim verbum fruor, sicut et nonnulla similia, nulli alii casui nisi soli septimo adiungi debet. Octavo autem casu " hoc prosene declamante „ Pro quo casu, ut diximus, nominativus in lectione saepe ponitur, ob hanc puto necessitatem quia in eadem dictione alius nominativus casus verbo (f) principali, quod primum loquitur, personaliter adiungatur. Sicut in versu Bregondi Lugenici legimus " solus Cato malum, populus turbatus, in acie stetit (1) „ Quasi hoc diceret: solus, populo turbato, stetit. Quod multi penitus ignorantes, verbum ponere est, quod omnino sine coniunctione causali fieri non potest. Nam si hyperbato

(a) Lat. rumpente — (b) In codex quam hoc loco litteram vix explicem. — (c) Semper scribendo, ut vices alibi loquitur noster. — (d) Ita cod. pro ergum, ut p. 112. Supponit in communi sermone ergo ... ut sol ergo. Conf. Forcell. voc. ergo n. 2. — (e) Cod. a dicto. — (f) Cod. verbo.

(1) Imitatio quaedam videtur fili Homerici odyss. X 495 οἶος πέπνυσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. Quem ceteroqui versum non de se arrogantur, sed de Scipione iactabat ipse Cato (Plutarch vit Cat. fin., et Livius in epitome libri 49).

more in media dictione commixto ultum ordinem posuisset, sicut non raro legimus, hoc modo egregius doctor edidisset (a): solus nulm, turbatus enim populus est, in senis stetit.

4 Sed nunc ad participii expositionem, unde paene excessum est, opportune revertamur. Participium pars communis est orationis, quod generibus et significationibus opponitur (b) ac suffulcitur. Sed participium temporis praesentis ex nomine omnis generis non definitur, sed propriis generibus profertur (c). Dicunt quidam, quaedam participia a verbis et nominibus quasi quodam coniugio procreari. Unde et eundem nominativum habent nomina primae positionis atque ipsum participium, ut sensus, gressus, versus, intellectus, quaestus, cultus, planctus, et cetera; nam hoc participium sensus ex verbo passivo esse sumitur, quod est sentior; sic enim praeterito tempore declinatur, sensus sum, sensus es, sensus est. Est etiam nomen quod sic declinatur, sensus, sensus (d). Veruntamen quia hoc nomen sensus ex verbo nascitur, ideo participium non ex nomine sed ex verbo venire credendum est.

5 Sed in declinatione similitudo disparatur: nam nominis declinatio haec est; sensus, sensus; participii autem, sensus, sensi, senso, et cetera. Versus autem a quibusdam in nomine non recipitur principali, sed in participio; illi autem versum scribunt, quia versus ipsa pagina dicitur, Lucano dicente: "versibus egebunt multis". Mihi autem eadem et versus paginae etiam scriptus non esse antiquandus, quia cum paginam scribens ab initio per longum lineam usque ad marginem feceris protendentem, manum versus ad caput descriptae revertere necesse habebis. Eadem consuetudo etiam in legendo, ipso quoque eius oculorum servanda monstratur. Participium praesentis temporis sicut omni generi, sic etiam omni personae convenire credendum est. Numeri participiorum et figurae ex utroque nascuntur.

6 Verum de participiis ista sufficere crederemus, nisi quia quaedam quaestio doctoribus imminet, ut putent quia omnia participia omnis temporis pro verbis ponenda, sicut Oesus, et Pereclaus, et Galbarius, et ceteri Latinorum praesumunt. Nam Galbarius in quodam volumine immenso, quod de commentariis creati saeculi condiderat, habundanti quidem et eloquenti (e), omnia paene participia pro verbis sumpserat. "In principio quidem, inquiens, contuebilis mundus ab incontuebili potestate creatus, sole et luna omnibus etiam astris certis pictura splendentibus (f) ornatus, nasciturus in eo mortalibus sensus luculentissimi conditurus adapertionem, et in omnium fine evolvendus aut etiam reformandus." Vides enim texturam huiusce operis per participia verborum loco posita directam. Et haec consuetudo vetusta (g) tenuit fortitudinem per multas Africae atque Europae provincias, ut participia pro verbis sumi soleant. Sed nos, quibus hoc scribendi studium a doctoribus nostris non est traditum, ut aliud pro verbis legere aut scribere soleamus, inquiramus utrum quis antiquorum pateat, quorum contraire doctrinis maximum nefas est, participium umquam pro verbo sumpserit, aut sumi praeceperit. Quod si invenerimus, nos quoque mutata sententia (h), licet prohibuisse nos meminerimus verbum ex participio effici posse, nostram tamen immutabimus definitionem.

(a) Cod. ediisset. — (b) Cod. oppositur. — (c) Cod. proferuntur. — (d) Ita bis cod. Sed contra mox. — (e) Cod. sed eloquenti. — (f) Cod. splendentibus. — (g) Cod. vetitia. — (h) Cod. sententiam mutatae.

7. Verum utrum participium, secundum nominum regulas, comparationis gradus recipiat, diligentius indagandum est. Nam multi arbitrantur participium non posse omnino comparari, quos authenticae lectionis sequit (a) amplitudo. Restat igitur ut regulam illam, quam adverbia ex participio comoedis praecipimus, etiam gradibus participiorum rite comparandorum tenemus. Participium temporis praesentis neutralis saepe indubitanter his gradibus comparatur: dicis enim audens audentior audentissimus, instans instantior instantissimus, fidens fidentior fidentissimus, agens agentior agentissimus. Sic et illud passivi saepe temporis praeteriti, cum dicis doctus doctior doctissimus, paratus paratior paratissimus, laudatus laudatior laudatissimus.

8. Verum si quis nobis dicentibus participium verbi activi temporis praeteriti habere comparationis gradus, obstare voluerit, ac dicere quod quoties haec participia composita fuerint, quae infra sumus positur, ut sapiens amans, quia haec rite comparantur, nomina potius participiorum similia debent aestimari, non mihi videtur arguendus aut etiam improbandus. Nos quoque ipse non improbet, qui quod a poetis nostris didicimus, instantior defendimus atque asserimus. Apuleius mihi in hoc Maevius (b) sit in carminibus dulcissimus, de quo illud prae ceteris est " qui favum mellis non amat, odit tua carmina, Maevi (c) ,, His eloquentissimum carmen in octo partes orationis edidit, in quo haec sunt " participium generis omnis ornate tam ex verbo quam etiam ex nomine compositum rectogradum trahit iura sed et appellatum eodem rematat more ,, In quo ostendit omne genus non solum appellatorum nominum, verum etiam verborum hos praedictis gradibus comparari.

9. Sunt etiam participia, quorum verba non tam usitata sunt, et ideo negantur fieri participia, sed aestimantur nomina esse participiorum similia, ut togatus, turritus, mitratus, calceatus, gladiatus, hastatus, scutatus. Quod si ita est, secundum hanc rationem et haec ita esse dicamus, praecinctus, vestitus, amictus, quorum tamen verba omni legenti paratissime (d) frequentissimeque suppetunt (e) usu; et quomodo illud Aeneas stabit? " milites, inquit, tunicantur ,, Et iterum, " quis gladiabitur in bello? " Horatius quoque " magno, inquit, impetu facto hastaverunt se omnes, et calceaverunt, et scutantes se insumerunt ,, Vide ecce quomodo haec activa verba inveniuntur, et non modo activa simpliciter, verum et triplicata: manifeste enim ostendit usum lectionis haec verba secundum activam significationem hoc agere, et secundum passivam tertia vice. Dicis enim hastavit se hostem, et hastatus est hastam. Hoc et de omni verbo, quod ornandi decorandive efficientiam tenet, incunctanter accipi potest, ut orno, corono, calceo, vestio, amicio, cingo, tunico, bacio, gladio, mitro, armo, spolio, nudo, amicio, frondo. Sic et secundum omnia ornamentum, ut doceo, erudio, imbuo, instruo, infoemo.

10. Verum huius epistolae opportunus (f) quidam finis imminueret, sed et quaestio quae perdifficilis est ad solvendum, cogit sermonem paulo longius progredi. Etenim cum e deponenti verbo tria participia venire non dubitetur, est verbum deponens ex quo quattuor participia trahi videntur, ut orior, ex quo est oriens, oriturus, ortus, oriundus. Quaeritur itaque qualiter has ratione uti debeamus, cum

(a) Cod. sequit pro sequit. — (b) Cod. Maeis. — (c) Cod. Mei. — (d) Ita cod. pro paratissime. Certe in vetustis passim prope constanter legitur dulcissimi pro dulcissimi, reverendissime pro reverendissime. — (e) Cod. suppetunt. — (f) In cod. semper opertet cum unico p.

verbum passivum non sit, ex quo trahitur. Oriundus videtur quibusdam non esse participium, sed nomen participii temporis futuri simile, ut furibundus, laetabundus, gaudibundus, errabundus. Sed haec opinio non mihi videtur esse conveniens, cum participium oriundus nemo ambigit. Sed super hoc Galbungum interrogans, simul Aeneam, ab eis pariter audivi, quia hoc participium, sicut et ortus, praeteriti temporis sit, unde et in annumeratione participiorum inter partes coniunctiones distinctiva, sic discernens, oriens, oriturus, ortus, sed oriendus eo quo introducimus, haec duo participia unius esse temporis et ideo recte scribentur oriundus erat, non erit.

11. Sed hac soluta quaestione, alia in eodem participio suppetit quaestio, quare non scribamus oriendus, cum sit oriens. Qui prudenter verba noscunt scribere, distinctionem in omnibus servant, in modis et personis. Sic enim declinatur, orior oriris oritur orimur orimini oriuntur. Sic et in omni verbo tertiae coniugationis sive productae sive etiam correptae, in tertia persona pluralis numeri semper oleuntur, ut audiunt, legunt, metuuntur. Hoc ideo, nam si (a) -e scribatur, futurum tempus aestimatur. Videtur tamen mihi mirum esse, quare non sic scribatur oriendus per -e, ut passivum putetur esse verbum, ut legendus. Rursus quaero, cum oriundus scribatur (b), quare etiam in participio temporis praesentis non ita scribatur, oriens oriuntis. Hoc non est consuetudinarie (c), nisi in participiis verborum quartae coniugationis, ubi per i et -e in nominativo casu, in reliquis casibus, i dempta, -e et -u ponuntur, ut est iens euntis, sic quiens queuntis, transiens transeuntis, et cetera.

12. Alia nobis quaestio imminet solutione satis indiga, quare saepe invenimus scribi standum, sedendum, eundendum, loquendum, cum neutrali verbo nonnisi duo participia venire cognoscant, et a deponenti tria tantum habentur: hoc autem videtur participium passivi verbi sentiri, cum dicis gaudendum sive meditandum. Sed hoc ad impersonalia verba referendum, quorum participia sunt haec quae praediximus. Sunt etiam participia quae deficere putantur temporibus, quod valde mirum est, cum ipsa verba non deficiant. Credere itaque non debemus quod participia, verbis adhuc ex integro postantibus (d), deficere possint. Participia autem talia sunt: studens, cum participium hic temporis futuri a plerisque negatur habere, ut studiturus non dicatur, quod ignoro quam bene (e) potetur, nisi forte cum praeteritum tempus indicativo modo verbi huius non accidere credatur; quod penitus non convenit, quia saepe legimus studui. Est etiam aliud participium temporis futuri, quod solummodo ceteris abdicatis nasci posse aestimatur, ut urguendus (f), quasi ab urgueor legi non possit, quod quia frequentissime legimus, exemplis non indiget. Sic etiam urgituens, et urgitus. Dicunt etiam quod coeptus defectivum participium sit: compellimus et nos in hoc assentire eis, quia incipio neutrale verbum est. Si forte dicas quia capio activum est, ex quo coeptus; non ita est: nam ex hoc verbo secundum passivam significationem non coeptus sed captus erit.

13. Mirans itaque quomodo passivi verbi participium a neutrali verbo venire possit, super hoc Aeneam interrogasse memini, et taliter mihi respondit: hoc non esse participium, sed nomen adiectivum participio simile. Hoc Aeneas de isto par-

(a) Cod. non pro nam si. — (b) Cod. scribitur. — (c) A. mavellem consuetudinarie. — (d) Cod. postantibus, sed prior s superscripta fuit. Num postantibus? — (e) Cod. [illegible] pro bene. — (f) Ita cod.

tiopm iudicium est. Cum itaque sederem cum defectu dicentem quod a defectivis verbis defectiva participia semper esse deberent, interrogavi eum dicens: quomodo ergo, mi domine, ab illo verbo, quod in personis deficit, inveniuntur participium nasci, ut est decens a decet? Tunc ad me subridens ait: " moneo te, fili, ne multitudine aliqua seducaris: multi etenim non intellegentes vim latinae orationis, ducti similitudine, partes pro partibus ponunt, sicut et illud, quod saepe legere solemus impraesentiarum confundunt, nescientesque quid est, demunt syllabam extremam, ut ponunt in praesentia, facientes ablativum casum cum praepositione, quod omnino conveniens non est. Nam impraesentiarum unam adverbium facit temporale, ut sit quasi praesentium simile (a) et in hoc modo seducuntur, quia putant gratis (b) decens participium esse. Nam haec verba, quae secundum personas deficiunt, ut decet, oportet, taedet, et cetera, participia nulla habent. Superest ergo ut decens intellegas nomen esse adiectivum, participii quidem simile, sicut et condecens, et indecens, et perdecens. „ Haec Aeneas. Verum quae iam de participiis et in hoc et in saepe memorato saepe opusculo sufficientes edisseruisse me arbitror, opportunum huic epistolae finem dabo. Explicit quinta de participio.

INCIPIT SEXTA DE CONIUNCTIONE

1 Videtur mihi, fili carissime, haec pars orationis, quae coniunctio vocatur, similis esse incastraturae quibusdam vel nexurae, quibus nuscunda quaecumque colligantur molimina (c), maximeque tabulatorum. Tali etenim modo haec particula coniungit et conglutinat dictiones ac sententias, cuius potestatem in quinque species divisam veteres enumerant, quarum prima est copulativa, quae proprie dicta coniungit. In copulativis coniunctionibus, quae numero sex sunt et ac et atque est ne graeca adiunctus extremo enim apud Graecos pro et semper ponitur. Et haec copulativa subiunctivi ordinis fieri solet apud nos dumtaxat veterum in sua propria lingua saepe praeponitur. A nobis autem pronomini demonstrativo vel relativo, quae monosyllaba sunt, subiunctim applicatur, per syllabas illius et puto adiectionem, ut si dicas hicce haecce hocce ecce ecce idce. Sed et omnibus pronominum casibus praedictorum subiungi potest. Sed forte dices, quia pronomen relativum generis feminini ea non unius syllabae, sed duarum est; verum est quidem quod duae syllabae sunt ea; sed tunc id fit, quando novissimam consonans quaelibet consequatur, ut eam, eas, eos, et cetera, ut una longa littera contra duas breves compenderata, utraque syllabam faciat, cum duae solae vocales in unam syllabam redigi possunt: unde quia ea una syllaba est, adicimus ce.

2 Nec vero omesse fuerit (d) ut et duae sint litterae, e et t, sed in copulativa uno stilo charaxatur, et sub una dictura dicuntur. Sed in verbo tertiae personae non e t, sed ae scribi debet, ut vacet valeat. Errant etiam qui in copulativa ac aspirativam h scribunt, quae in solo habenda pronomine est, quod per omnes casus hanc eandem acceptat, ut haec huius huic hanc ab hac. Sciendum sane est, quod in coniunctionibus potestas saepe mutatur, pro qualitate sententia-

(a) Cod. similis. — (b) Cod. erratis. — (c) Cod. molimina. — (d) Cod. non unacase fuerit ut vero duae sint litterae.

rum ne retionis sensuum. Nam -at- at- et- saepe non copulativae coniunctiones sed expletivae, sive ut melius dicamus, discretivae dicuntur non tam enim sententias coniungunt, quam discernunt nescio enim quomodo expletivas vocamus, quae et sensum et personam mutant ac discrepare faciunt. Sunt autem hae coniunctiones discretivae at- ast- sane- vero- porro- autem ceteraeq. Sunt etiam aliae coniunctiones, quae copulant sententias, quaeque licet pro causalibus vel rationalibus saepe dicantur, si veritas nominis iuxta qualitatem sensus inquiratur, rectius complectivae (a) dicendae sunt. Quae sunt autem complectivae? cum- dum- nam- namque- quia- quoniam- etenim- enim et cetera.

3 Mirandum autem, immo deflendum est totoque lugendum affectu, quod cum ceterae orationis partes, tum maxime coniunctiones, confusae et circumsectae sunt, in tantum ut inter causales et rationales nulla paene distantia sit. Donato meo parcam, qui hanc orationis partem maxime confundit, quod frater eius Dan, acutissime reprehendit, quia acutissime iteravit. Sunt coniunctiones iterativae quae eundem sensum eandemque sententiam iterant, quae sunt item itemque itidem identidem tantundem- eorrum- denuo- iterum. Sunt tamen *inter* Afros scriptores qui haec adverbia potius adfirmant esse iterandi.

4. Causales autem coniunctiones sunt quae retractandi et quodammodo destruendi sententiam habent causam, quae sunt si- nisi tamen verum saltimne sed donec usquequo quandoque utquedum- quominus quamobrem quamvis quamquam quamlibet- siquidem- et cetera. Rationales autem sunt quae ex praecedente sententiae rationem sequentis requirunt, quae sunt -ergo- ideo- idcirco itaque propterea epita (b) igitur ceros- (c) -quamobrem- proinde- prohoc- quapropter- perpterquod et cetera. Sunt etiam quaedam coniunctiones quae adsimilativae dicuntur eo quod a verbis similitudinis respondent, ut sic sic ita perinde. Sunt etiam pariter (d) quae et adverbia et coniunctiones communi modo dicuntur, et -paulatim- utque- etiam equidem interea praeterea. Dicimus enim interea coniunctionem rationalem pro ergo. Dicimus etiam interea adverbium temporis pro tunc. Dicimus etiam hoc adverbium, ut -ubi- Tunc etiam ipsa dictionis brevietur accentu. Sunt etiam coniunctiones revelativae, quae sensum revelant, et -scilicet- videlicet- ilicet.

5. Scire et hoc debemus quod coniunctiones omnes aut praepositivae, aut subiunctivae, aut communes sunt. Sunt etiam quae nullius ordinis. Sunt praepositivae -at- ast si quoniam- ne atque porro ceterum- cerea Subiunctivae -autem- vero- quia scilicet, et cetera. Communes -ergo- ideo- itaque idcirco- prohoc proinde- epita igitur que. Nullius ordinis sunt iterum- paulatim- saltim: non enim ad ordinem dictionis, sed ad qualitatem sensus attinent.

6 Possem quidem de coniunctione paulo latius tractare, sed quia et a nobis et a multis saepe scriptum est, idcirco posita una dictione, quae utilis fore legentibus censenda est, cetera relinquentur intacta. Duae coniunctiones si simul in una dictione positae fuerint, id est complectiva et rationalis, a sese solventur, et nullius alterius sententiae ratio poscetur, ut quoniam ergo, quia igitur, idee quia, unde quoniam, quoniam ideirco, et cetera. His dictis finis epistolae imponendus est. Explicit sexta de coniunctione.

(a) Ita cod. hic et infra. — (b) Hoc est graecum ἔπειτα. — (c) Ita cod. — (d) Al. lect. partes.

INCIPIT SEPTIMA DE PRAEPOSITIONE

1 Septima mihi epistola de praepositione ordienda est. Sed quia de usitatis praepositionibus usitatus sermo paene pueris philosophorum est, idcirco et mutatas praepositiones ex quarto philosophiae (a) latinitatis genere sumamus. Hoc primitus sciendum quod monosyllabae praepositiones nullum aliud praeter usitatum genus habeant, ut a ab e de ex pro prae cum post trans in sub circum clam. Hae (b) in nulla copulata (c) qua utimur latinitate penitus habentur. De ergo praepositionum casus accusativi sunt (d) pro apud, sabon pro ante, cyron pro adversus vel contra, trasso pro citra, matyrion pro circa, coctim pro erga, ciatum pro post, relas pro prope, farax pro secundum, loegeos pro ultra, sirium pro praeter, copelom pro super, gabal pro usque, caom pro penes, lirim pro iuxta, levum pro secus. Nunc ablativi praepositiones respo pro coram, aspo pro palam, perspas pro sine, abat pro absque, aram pro tenus. Item ad utrumque communes, pedon pro super, lindon pro subter, madus pro subtus.

2 Nunc nisi molestum est, ut haec luceant quae paululum (e) obscura sunt, maiorum demus exempla. Loquitur ecce Andrianus quidem, vir in solvendis problematibus (f) admodum eruditus " con (1) tecta numeando subelos mei et laetitiae. ,, Hoc est dicere, apud habitatorem tectorum. Glengus quoque ille noster Maximiani patris in expositione de diis facta ita exorsus est, " sabon solem dii erant ,, id est ante solem. Idem (g) etiam in latinitate optimus erat, alio intulit in loco " sepelom percorum visere montem ,, id est supra montem. Galbungus quoque in quadam epistula ad amicum scripta Gargilium (h) " altitudo, inquit, eloquentiae tuae gabal pervenit aethera ,, id est usque ad aethera. Ego quoque olim " bellatus, inquam, cyron me ,, hoc est contra me. Harum praepositionum cognitio non tam subtiles sunt in verso quam necessarii propter tegenda mysteria, et propter experimentum docendae huius latinitatis. Haec de tonstatis praepositionibus dicta sufficiant, et nunc ad nostra redeamus quae in usu semper sunt.

3 Nulla praepositio debuit in D finire, nisi quod nos necessitas cogit discernendorum utique sonorum, maiorum scita transgredi. Nam quia adverbium in T (1) exire certissimum est, vel coniunctionem, ut ad cognitae in praepositione edocemus per D. Nam ab aliquotiens adverbium temporis est praemissis, iuxta illud Virgilianum (2) " at pergite ad proeliandum ,, id est nunc pergite. Aput autem per T semper scribi debet (3): sed quia aput nomen scribitur neutrale ligni scilicet illius, quo tundenda quaeque vel terrae inectanda feruntur, ideirco aput per D scribere solemus.

4 Inter cis et citra hoc interest, quod cis ad proximiorem, interposito dumtaxat monte vel flumine, citra vero ad longiorem pertinet locum, unde et citeriora

(a) Cod. philosophiae. — (b) Nempe quae sequuntur. — (c) Cod. copula. — (d) Cod. hoic con. Sed recole paginam 1 — (e) Cod. paululum. — (f) Ita sunt a aliter in alio sem. voluisse. — (g) Cod. id est. — (h) Cod. Gargilium. — (i) Cod. in.

(1) Cod. con. Sed con pro apud, in prima huius operis pagina.
(2) Nempe Virgilii huud opbi.
(3) Animadverte praeceptum de apud pro apud illud quidem per t positu in antiquis etiam Ciceronis de rep.

et longiora dicuntur. Trans vero ad utrumque referri potest, licet mutabiliter (a), hoc est in transitu tantum ne accipiatur. Nam quicumque scribere vel etiam dicere audent aliquos habitasse trans mare, non incaute tantum sed pessime ac perversissime dicunt. Ita enim ordiri debent motentiam, ut dicatur trans mare vadunt vel venerunt; habitant autem cis mare vel citra. Inter ultra et citra non parva distantia est: nam citra etiam montis vel fluminis interiecto dici potest; ultra vero ad ultima vel remotissima loca vel deserta semper refertur. Inter absque et sine, hanc veteres ponebant discretionem, quod sine semper in bonam ferebant partem, absque autem in malam, ut sine peccato, absque sapientia. Sed hoc observamentum utrimque confusum est. Non autem satis certum est utrumnam utrumque utroque dici possit modo, ea potius scriptorum errata ordo ratioque dictorum commutata sunt. Hoc sane omnibus recte legentibus datur intellegi, quod -sine- incommutabili ratione ad id refertur quod cuiquam rei omnino non inest; -absque- vero ad duplicem sensum pertinet, sive eius rei qua quis in totum caret, ut dici solet, animalia sunt absque intellectu, intellectum utique non habentia, sive eius rei, excepta qua, ceterae vel obscurantur vel negantur, vel etiam eius cum qua simul aliqua vindicantur.

5 Multa sunt huius rei exempla, iuxta illud quod et ego hesterno feceram anno, cum librum de mundi creatione commentariorum adversus paganum edideram, cuius principium est " absque Deo nullus est solo, qui omnia creat. „ Hic est obscuratio et negatio simul et laudatio continetur: cuncti enim dii qui dicuntur, obscurantur et negantur, et solum omnium laudatur Deus. Hunc sensum habet et -praeter-, secundum illud " nullus praeter te sapit. „ In eo autem quod Andreas quidam (b) scribit de Pyrrho " absque Asiae (c), inquit, viribus, in comitatibus habuit X milia „ hoc est dicere, cum Asiae viribus. Tenus a multis subpositio, eo quod subiungitor, sic vocatur, ut dicimus, nocte tenus. Et composita -qua- commutationem ex se reddit causalem, ut quatenus dicat, hoc est usquequo dicat. Ante quoque duplicem habet sensum: sive enim de auteritate (d) temporis dicitur, ut illud " ante saecula fuit „ sive etiam pro coram accipitur, ut illud " ante tribunal sedebat „ hoc est coram tribunali. *Inter* circum et circa et erga a nobis pridem quid intersit ante expositum est. Itaque de praepositionibus haec breviter satis edicta fiant. Explicit septima de praepositione.

INCIPIT NUNC OCTAVA DE INTERIECTIONE.

1 Nunc de *interiectione* pauca dicamus. Interiectio est quidem pars orationis, sed tam mussitata, ut nisi quae a Graecis mox admutaretur, latina esse non putetur. In oratione autem, quae raro a nobis legitur, multae interiectiones sunt, earumque significationes copiosae sunt. Gloriandi, ut -rassam- rasc- meum sarep-. Laetandi, ut sage salecon (e). Post clamandi, ut heu, ebunnos (f). Festinandi, ut -max et -cetu salum. Laborandi, fatealpae eugan. Mirandi, ut -evax effarta. Suadendi, ut -quesgoor- (g). Gemendi, ut tatane- Legendi, dolendi, ut pappen leou

(a) Cod. mutabiliter. — (b) Cod. quedam. — (c) Cod. Asie. — (d) Sic cod. — (e) Cod. salē. — (f) Vel ebunnos in cod. — (g) Quid graeco ora.

Haec de interiectione dicere contenti, cetera praetermittamus: nulla enim pagina extum ad dicendum nobis prompta est, excepta una quam paene praetermiseramus, quae est lamentandi cum aspiratione dicenda, ut *vae*, quae ut tam firma est, ut a multis ambigatur utrum nomen an verbum an certe adverbium sit.

2. Liceat in clausula operis mei ludos tibi philosophorum reponere, haec ex pluribus paucos tres de Aeneae ponamus sermone. Dixit mihi: " vide, fili, docens is lapis hic nudus, quem vides aquis concussum, sic sapiens aquis sciis conroditur, hoc est sapientiae studiis infecenus (a) in mundo habetur. Videu' praeterea solem orientem, ecce, inquit, equus (b) ex suo sibi repagulo, totum percurrens campum, quoad eidem equula reversuro mula cum pullis locum dat abeundi in campo ceterorum (c). " In mula lunam, in pullis stellas, in repagulo mare significans. Tertium dixit " quis amat, nisi qui non redamat? " Galbungi ludus est: " quae, inquit is, tota una transvolans hora puncta? anthropea (d) mens uno sub totum momento pervolans polum. Mei quoque lnerch (e), etsi in cunctis tibi pareant minimi, qui plus (f) aedificant quam nocent lacterem. Votum persaart ponticum ponte (i) ex natom natare notum naturam nataturo: terus terna flumen fontes fronda ex una undetim datum sepna semper stur saptemnis perenni recta re perque tura teregnatis magna Dei decus dena difentorum quem possit molos monnatur (g) atroci aeve sevi gnaro nymphas negando. Gnaro ab ignando, gnaris ab gelandis. Leta lectisque lux ore suis solum in throno trino uno omni praesim (h) potenti Deo digna regna regnaturo tum per cuncta cunctarum aeterno aevo efendi (i) secula. "

Fiunt his quaternae Maronis epistolae feliciter *A* (k) Saltore perscriptae

IN NOMINE DEI PATRIS

MARONIS VIRGILII ORDIUNTUR EPITOMAE.

(INCIPIT I. DE VARIA RATIONE LATINITATIS.)

1. Tota proficit in palo nostrae communicatio litteraturae, quia non pecuniarum contractu sed sapientiae quaestu ratiocinamur. Sapientia autem ex sapore sic nominatur (2), quia sicut in corpore fit gustus, ita et in animo mota quidam

(a) Bibl. pro *infectus*? Cod. infecenus habuit. — (b) Cod. decus. — (c) Cod. cecterum. — (d) A graeco adiectivo ἀνθρώπειος, humana. — (e) In cod. utrius distinctum vel lnerc. — (f) Cod. quae plus. — (g) Cod. minatur. — (h) Fortasse pro omni potenti. — (i) Pro uale? — (k) Haud improbabile *A* in codice. Vocabulum autem Saltore perspicuum est et lectione nomen est scriptoris.

(1) Quae sequuntur obscuriora, partem quidem enodare et ceteri essent; sed tantum pertinent ad illam latinitatem lucubratam et mysticam vel hortaticam, quam non semel grammaticus noster commemorat et usurpat: cuius latinitatis nos quoque locabulum exemplar, edendo opusculo, cui titulus *Hisperica famina*, olim dedimus.

(2) Conferatur annotatio in cod. cit. p. 1 ... *Ex sapore*, Virgilio teste, *sapientia nominatur, quia sicut in corpore gustus fit, ita et in animo mota quidem sapor est, qui artium dulcedinem gustat, qui carborum sententiarumque vim discernit. Amara quidem dicimus, quae acturam contrahunt veritati*, suavia vero quae unicuique

super sit, qui artium dulcedinem gustet, qui verborum sententiarumque vim discernat, amara quaeque refutans, suavia vero connectans. Amara quidem dicimus quae aetatum (a) contraeunt veritati (a), suavia autem quae cuiuscumque artis ac disciplinae suggerunt rationem. Haec sapientia biformis est, aetherea telleaque (b), hoc est humilis, et sublimis: humilis quidem quae de humanis rebus tractat, sublimis vero quae ea quae supra hominem sunt intervet se pandit. Nemo sane in hac me carpat pede (c), quod veluti praeposterato tellam aetheream ordine ante tulerim; cum scandentium hic mos (d) sit, ut ab inferioribus incipiant, et ad superiora scalatim tendant (e). Unde et comparationum gradus hoc modo ponimus, ut primum positivum, ac si celsiorem, dein comparativum, tabius superlativum ordinamus. Huius itaque sapientiae per illam hominem similitudo demonstratur, qui plastum telleumque, afflamque (f) habet aetheream. Haec ergo pars sapientiae, quae humilis est, sublimi servire debet, sicut et plastum afflae. Unde etiam nos qui philosophicis artibus nimis studemus, quamlibet his quaedam eorum, quae antiquioribus Hebraeorum legibus quam divinae sutumant caelitus (g) promulgata sunt, controversari videantur, non audemus tamen tellus (h) salsa subiceee. Hoc ergo unius commodatim catzandum (i) est, ut nostram eloquentiam, nostram sollertiam, nostrum studium, nostrumque leporem, in illius aetheeae legis construmentum ornatumque ministremus. Etenim quicumque hanc, quam nos valde simulem (k) putamus, ita defendunt partium philosophorum, ut auctoritatem primae Hebraeorum minuant (l), huscce quamvis ornatae recentiori sectae postferant, in eosum omne suum expendunt sudatum (m). Sed his praetermissis, ad ipsius latinitatis, quamvis (n) in illa sapidius est minimum (o), rationem (p) transeamus.

2. Latinitas autem, ut quidam retur, ex Latino est vete, quem qui ipsius linguae auctor extitisse (2). Latinus quidem (q) fuit Anneus (r), quem his contenarium fuisse ferunt, sed quia hic Beli (s) eiusdem regis temporibus fuerit, et longe ante linguarum extraneta divisa est, negare cogemur, latinitatem utpote antiquiorem, ex ipso Latino usurpasse vocabulum; sed potius, ut Aeneas (3) ac maioribus visum est, ex latitudine ipsius linguae constat fuisse derivatam. Denique cum hebraeam graecamve transferre (t) in latinam linguam voluerit, hanc omnibus modis, loquellis (u), sententiis, syllabisque, latiorem offendes. Haec autem latinitas pro-

(a) Cod. *veritate*. — (b) Ibidi a *terra terrea*. Ita ... — (c) Ita cod. — (d) Cod. ... — (e) Cod. ... — (f) Ita cod. pro *afflatum*. — (g) ... — (h) Cod. ... — (i) Ita cod. — (k) ... — (l) ... — (m) Ita cod. — (n) Cod. *quem*. — (o) Cod. ... — (p) Cod. ... — (q) Cod. ... — (r) ... — (s) Cod. *Belli*. — (t) Cod. *transmittere*. — (u) ...

artis ac disciplinae suggerunt rationem. Haec sapientia biformis est, aetherea id est caelestis, telleaque id est terrena, hoc est humilis et sublimis; humilis quidem quae de humanis tractat rebus, sublimis vero quae ea quae supra hominem sunt intervet se pandit.

(1) *Scala pro dogma*; ut apud ... Pauldum ... lib. II ... 3; et in fragmentis Arvernorum collect. vat. T. III part. II p. 230.

(2) Hunc locum ... Virgilii ... videtur sibi Calcidium grammaticus in cod. vat. p. 5. *A Latino rege, qui in inter ceteros auctores vocis latinitatis, latinitas, sicut quidam dicunt, nomen accepit. Sed alii rationabilius latinitatem ex ipsius linguae latitudine vocabulum sumpsisse ferunt ... enim hebraeam graecamve in latinam linguam transferre volueris, haec omnibus modis, loquellis, orationibus, syllabisque latiorem invenies. Nec minus et hoc intuendum quod haec latinitas propter oratorum ornatissimum leporem oratio nuncupatur, unde et partes orationis intelligendae sunt partes latinitatis.*

(3) Scilicet graecus ille saepe memoratus.

pter oratorum ornatissimum leporem (a) oratio nuncupatur, unde et partes orationes intellegendae sunt partes latinitatis. At vero qui partes orationum ebannare (1) volunt, nescio qua auctoritate animantur; nisi forte ut Glengus tractarit, quem Asporius secutus est, pro sermonibus eloquentioribus accipiendae sunt, quae in octo partes findi solent.

3. Latinitatis autem genera sunt XII., quorum unum usitatum scitur, quo scripturas Latini omnes stramentantur. Ut autem XII. generum experimentum habeas, unius licet nominis monstrabimus exemplo. In usitata enim latinitate ignis I habetur, qui sua omnia ignit natura. II quoquihabin, qui sic declinatur, genetivo quoquihabis, dativo quoquihabi, accusativo quoquihabin, voce (b) superposito, vocativo quoquihaben breve, ablativo quoquihabi. Et pluraliter quoquihabes producto, genetivo quoquihabium, dativo quoquihabibus, accusativo quoquihabis, vocativo quoquihabes, ablativo quoquihabibus (2). Quoquevihaben dicimus, quod incocta coquendi habeat ditionem. III ardon dicitur, quod ardeat. IIII calax, calore, ex calore. V spiridon, ex spiramine. VI aeneon, de rubore. VII fragon, ex fragore flammae (c). VIII fumaton, de fumo. VIIII ustrax, de urendo. X. vitius, quia paene membra mortua suo vigore vivificet. XI siluleus, eo quod de silice siliat: unde et silex non recte dicitur, nisi ex qua scintilla silit. XII. aeneon, de aeneo qui in eo (d) habitat, sive a quo (e) elementis fotus fertur. Sic per omnia paene vocabula (f) latina ea summa generum subputatur. Finit prima epitome.

INCIPIT II. DE SCINDERATIONE PHONORUM

1. Primus Aeneas apud nos phona scindere aggressus erat: quod cum ab eo diligentissime percunctaret, cur hoc faceret, ait: o fili, inquit, ob tres causas phona findantur: prima est, ut sagacitatem (g) discentium nostrorum in inquirendis atque inveniendis his, quae obscura sunt, adprobemus. Secunda propter decorem aedificationemque eloquentiae. Tertia ne mystica quaeque, et quae solis gnaris pandi debent, passim ab infimis ac stultis facile repperiantur, ne secundum antiquum, sues gemmas calcent: etenim si illi didicerint hanc metam, non solum magistris (h) nihil agent pietatis, nihil honoris reverentiaeque inpendent, verum etiam porcorum more oratores suos lacerabunt. Scinderationis autem triplex affectus est. Primus quo verba scindimus, Cateus dicente, „ mare oceanum classes quod longae saepe turbatus simul navigant. „ Hoc enim dicere debuit: mare oceanum saepe turbatur, classes quod longae simul navigant. Secundus quo ipsa scindimus phona vel syllabas, sicut Lucanus edidit (3): ge- res- ro- trum quanto- tum- o- fes- om- ui- iubet ssvo. Et sic solvitur: „ quandoiubet vestrum gero omne sero affectum. „

2. Tertium genus, quo litteras scindimus. Scinderatio autem litterarum superflua est, sed tamen a gifis sensuque subtilibus recipitur. Unde et phona brevia

(a) Cod. laborem. Sed corrigitur a Goldmanno. — (b) Cod. voro. — (c) Cod. flammae. — (d) Cod. de aeneo de eo qui in eo habitat. — (e) Cod. a quo. — (f) Cod. vocabula. — (g) Cod. sagacitate. — (h) Cod. magistra.

(1) Id est appellare aut scribere in gergo nostro furbesco.
(2) Hoc in Italia, nisi fallor, dicunt parlare ...
(3) Lucanus iunior, non ille cordubensis.

secudi magis commodius est quam longa. Cicero dicit: ssss ss rr nn rr ee oo a v i (1). Quod sic solvendum est " spes Romanorum perit. „ Virgilius quoque assa-nus ooo ee rr ee s vvv rr eee i vvv ee. Quod sic solvitur " glebae gignunt, fauges fernet. „ Aemilius quoque rhetor eleganter sit sss sss ss ss rr xxxx ccccaa ss cr rr cc cc cc cc cc cc cc tt ii vvvv vvvv oo ae eeee ee. Cuius haec solutio " sapiens sapientiae sanguinem sugens sanguinoque veterum facta secundae est. „ Galbungus quoque in laudibus defunctorum, longas lineas texens, in procemio suo talis fatus est. Fausti ffff ffff xxxx xxx ll ss xx rr s iiii aaaa e oo xxx xxx. Quod talites solvitur " primus pastis paucorum partes pleni pupus erunt. „ Porro multi sunt qui ructus notariorum, dissimuli quidam scripture, partes latinitatis vel singulis vel binis litteris adnotare solent. Ut Virgilius tractatus ad Asiceanum " segeli arean (2) tibi ut liberali omnem fertilitatem in agris, probitatem in filiis, multitatem (a) in armentis, benedictionem in pecoribus per deos (b) O. „ Unam posuit litteram pro toto activo verbo, quod in O terminatur, id est opto. Ut Cicero de sole " magnum, inquit, luminare, quod totum circuit polum, sol ar. „ Hoc posuit pro ...atur. Multi praeterea ad hoc attendunt plena, ut ea per syllabas in quandam notam componere ac dirigant ... Ut Lucans de nomine " nomen, inquit, in modos ... latinus ... quod est signum, grassum nomennens ... (c). „

3. Scire debemus quod multa autem omnem phone latine philosophiae mutaverit ratio, sicut in verbis ... vel adiectionem superfluam, vel diminutionem ... adiectionem, sum rogavissem vel rogaviss, pro rogavem, et rogasse, adiecta media syllaba roppessemus ... diminutionem cum media ... syllaba detracta scribitur rogaunt pro rogassunt, ac rogasant pro rogavessant, et rogarit pro rogaverit. Solent etiam rhetores ... pedem temporumque gratia aliquas syllabas in media addere, ut illud est M. Volusiani (d) " ... cum ... poetam. „ Hoc posuit pro navigare. Idem alibi " flamine aurum ... probat, „ et ... pro probat (e). Consueverunt etiam nomina vel pronomina alia litteris longo aliquando (f) legere modo, ut bonum quod etiam boonum (g), et ego pro ego, quae in multis invenimus. Multi hinc pronomen aliud nomen, quod litteris magis sit proximum, ... ut mus, mei, mihi, hoc pro ego. Pes varias latinitatem multiformesque differentias quisnam ire (h) potuerit, cum tam multae sint, ut nequeant numerari (i)?

4. Omnes partes ... scindi solent. Nomina, ut ubi sit regnum, ponatur garmen, Lucano dicente: " garmen Romanorum rostum est „ hoc est regnum. Pronomina quoque scinduntur, ut ... pro ..., secundum illud Alexandri " ... sit, ... qui contulit „ hoc est is qui contulit. Verba quoque scindimus, ut modo pro dono, et galo pro lego. Adverbia quoque secundum Hilarium " ... tue cum vobis ... (k),

(a) Ita cod. In optione ... autem a ... — (b) Sic per deos. — (c) Ita cod. ... — (d) ... Ceterum in codice ... videbatur ... deinde ... — (e) Cod. ... probat. — (f) Cod. longo aliquando debeti. — (g) Cod. ... — (h) Cod. ... — (i) Cod. ... — (k) Sic in ... Script. vol. T. VI. part. II p. 15.

(1) Hoc ... apud ... appellatur scribere in cifra.

(2) In hoc et ... in codice legitur. Quis autem hanc ... favet?

pro hen.,, Participia quoque scindebant necessitate cogente, sicut dicit Cicero, " sapientiam manserit actus exerit ,, pro manens. Coniugationes quoque scinduntur, secundum illud Ciceronis: " quastitut aires vita addidit ,, quasi aut pro quotitut. Scinduntur etiam praepositiones, Terentio dicente, " quidque facemus abs te ,, hoc est dicere: absque te quid facemus. Item " ex in Deo ro hac vastur colonia ,, hoc est sine. Scinduntur etiam interiectiones, ut tato pac atat.

5. Sciat unusquisque scindentium poetarum, hoc in primis curare se debere, ut quaecumque sic scindat, solutio (a) pateat quomodo scindat: non enim recte solvitur a quoquam post quod non recte praeponitur. Tum unde graeca vel hebraea nomina verbaue scindere debeat, praesumat, quia hoc in nostra lingua habetur. Cicero solebat sic scindere phona, ut phoni medium in primo, et medium aliud in secundo poneret versu, iuxta illud " in quo cuncta maneant simul collecti do tura rocum las foedera manifestes mo ,, hoc est in domo. Mutabat aliquando suam consuetudinem, ut non in clausula tantum, sed in medio vel primis saepe versibus scissa inserceret phona, secundum illud " hostes propeount, o cives, de dextris, vestro veres sura e voce, gubernanta feto ,, hoc est duce. Rursumque " non sol succurrere clara fulgens luce ge gaudium caeli pro partentibus salute ,, hoc est surge sol. Hoc in trisyllabas Cicero faciebat. Item in trisyllabis " debeo civibus meam rem communibus fac, nec avaritiam sectes in propriis vel molem, non rapinam agam in exterius se ,, Hoc findit facere. Et iterum " omne suum ab homine eu delectabile, natura fugante pr upsi reditu, in quo (b) non potest tur- cup dine caere ,, Hic findit cupitas. Item per sectam personam sic fecit " leu contemptus pecuniae ma in omni volumine di pes amorem philosophiae lis- mentis fiet perites ,, hoc est laudabilis.

6. Terentius mutato more, syllabam ex hoc versu trahens, et in ille aliam, vel commutabat vel minuebat atque addebat, secundum illud " tempora quae ra- rec- suum suo sub iere finem finitum sibi -cunt- mundi compage statuta ,, Hoc est: quaerunt tempora praefinitum finem. Item " fortis nosem Aeneas forte portabat, in nu pelta fideus ma- tuta tela aetheae (c) vincebat ,, Hoc est enim in manu portabat. Varro quoque litteras X versus mutare visus est per denos, secundum illud: " etenim, o sas, dolemus pro nostris F secuti pro suo genetrix gnate sumeret A ! Quis enim fortis non dolet amice T, cum eum in multis videat ronate torqueri E ? Cur ergo ne am quidem hoc iuste visitis affecto R, vestrum ut pro vestris cito hauriatis gazam (d) E redimendis, quos iniqua praeripuerit praeda M, inquorum datoei, plebi superbae datos (e)? I Noli itaque actus parcere dextram N, cum sit magis cunctis honor opibus amicus I ,, Hic primum dictionis vealum extremum acissum est. Non ergo eorum putamus esse morem scindendi (f) phona, cum antiquitus solitum (g) sit fieri: quod his compertum esse poterit, qui scholas italicas totas africanasque, omnem in quacumque poli parte poetas latinas perlustrarunt, in quibus solet etiam aliud scindendi genus admitti, ut ex duobus phonis quae coniungi debeant, assumpta ex utroque syllaba prima, unum faciatur (h) phonum, sicuti cum ordinem ac fidem solumus edocere, Orphei cantus (i) commentus. Item cum artem ac disciplinam quis exponit, ludus (k) potissimum edicitur. Sicut enim

(a) Ita cod. — (b) Cod. qui. — (c) Cod. aetheo. — (d) Al. gazam. — (e) Cod. superbos. — (f) Cod. scind. — (g) Cod. solitus. — (h) Ita cod. pro fiat. — (i) Cod. Orphei cantus. — (k) Cod. ludis.

Donatus retulit " vidi tomunsaan (a), quia caput? Solent enim integre nostri aliam de alio syllabam supplementi gratia superaddere, ut est sumptum; ut enim ex usu vitiate acceptum est.

7 Multa praeterea sunt genera scindendi, quae sparsim in suis libris doctorum prodiderunt, nullus tamen eorum, ut opinor, expositionis hornace ad me usque edidit opus (1). Vos igitur hoc facite quod meus magister (b) fecerat, gratuitum gratiarum canam agendarum (c) mae coniugi canticum (d) quae sibi ex repha (e) et nuphora olim mente poene mutabilium inmutatum ferculum suo fuerat dicens: " mea uxor, meae divitiae, mea gloria, mea gratia, meum spiramen, quas tibi grates rependam, quae mihi tale ferculum (f) commentata es, quo ne ipsi quidam reges utuntur romani? „ Si ergo pro vilibus gratus refert poetis olimbus, quas contra pro tam dulcibus sapientiae dapibus grates convenit rependere doctoribus?

8 Sunt alia scindendi iura, quae tamen quia trita (g) sunt, silentio velim praeterire. Sed ne quis vitam meam nullo se suspicetur (h) defraudatum, unum vobis huius rei ponam testimonium, quod meus clausulam dabit epitomae. De hyperbato summamus exemplum, quae dictiones (i) multiformi, veriasque eiarum sententiolarum in eadem acutatis intereceptione solet opponere: quod vitium perversum quidem ordinem, poene tamen immutabilem, per omnes textus lectionum intulerit (k) universitatem. In quibus illud Aeneas mithadutes belli historium, immo tragoediam, lacrimabilius nosmanitas " ille, inquit uerm, currere proponimus (quo metro? dactylus) quod maximum unmeu gaturum est bellum, m ille, inquam, undeuque quo vicumum et quietum ustutis expleverat unum (hou enim ita suse Aeneas me udeunt) tempore, Blastus quidam genere phrygius (l) Iulius (quod vocabulum Blasti e pothas uuipit, quu puenu hoinou pro omnia inmanitate mandere, quod Blasti dicuntur facere, videbatur), hic ergo u iuptuetrione (ex hac quippe partu oriendus (m) erat) Romam, Germanorum ubi, quorum societatem (n) unitatemque pariter adquisiverat, satellitibus adiecutis vaticon, iegente orbi populo plebique perdicioni per eundem facta; si septem siquidem custos suos dimicatorum urbatum divisit parteu, et intolerabilem inssusit plagam, et paene tota civitas interemerit in duet. „ Hic autem ordo poene totius testimenti praeposteratis utquam sedifuncutus ideo reliquimus, quia est unicuique in potestate pauit liberet ordinem; et huiu expositiuncula fiet in proximo est. Sapientium autem scriptorum est, multa haec quae proposuimus exempla, scindere phona. Finit.

INCIPIT III. DE METRIS.

1 Metrorum quidem compositio multifaria est, non enim ad eundem ordinem, naturam, numerum, finem, omnia (o) respiciunt: veruntamen unum nosse debet unusquisque cantatorum, quod metra, in quocumque pensatur phono sint.

(a) Cod. [illegible] — (b) Cod. [illegible] Num in priore [illegible] habet [illegible] qui [illegible] Virgilii magister fuit? — (c) Cod. gratuitum gratum [illegible] agendarum. — (d) Cod. canticum. — (e) [illegible] pro [illegible] — (f) Cod. [illegible] — (g) Cod. trita. — (h) Cod. [illegible] — (i) Cod. dicti. — (k) Cod. [illegible] pro [illegible] — (l) Cod. phrygus. Sed traditum est Phrygas post Troiam [illegible] partim in Germaniam transiisse. — (m) Cod. oriendus [illegible] — (n) Ita cod. — (o) Cod. [illegible]

(1) Nota operis huius [illegible] [illegible].

Metrum ex tacta nomen accepit, cuius pedes sunt dicti velut quaedam modestates phonoeum, quae quoniam necessitate coutandi a poetis disparata (a) sunt, in tantum ut extrema phoni parte in alteram translata, nullum phonum incolume remaneat. Hoc enim nullum metrum planum inveniri potest. Multos autem a metro cantilenas, propter poetarum rhetorumque voluntatem, eorum sectas declarant. Quaedam enim prosa, quaedam limata, quaedam etiam mederia, nonnulla porquam extensa ponuntur, quorum pauca pro vestra utilitate exposituri sumus.

2 Prosa quidem sunt per brevitatem, sicuti in Aenea lectum est:

Phoebus surgit, caelum scandit,
Polo claret, cunctis paret

Hi duo versus octo metra habent; primum enim metrum, Phoebus est; secundum surgit, et sic per cetera phona, et ita duo hi collecti sedecim pedibus feriuntur Omnes autem prosi versus per spondeum edi solent. Hoc autem sciendum est, quod inter omnes pedes dactylus et spondeus principatum habeant. Medernorum carminum nec prosa nec limata fieri, quod magis pro cantuum modulatu, quam rationis respectu consertum est, Varronis canentis:

Frate diem esilienta	Quorum fistulae modulo (b)
Popla per ramum compita,	Pol persultent sidera.

Nunc metrum per metra. Primus versus est trium metrorum, quorum primum per spondeum, et duo sequentes per dactylos pondreantur ut fiat deum I, vel II, lemma III, et sic per IIII versus pari lance pensatus (c), hic esse repperies metra et pedes triginta (d)

3 At limati versus quinque semper metris metiri debent, secundum illud Catonis elegantissimi rhetoris

Bella consurgunt poli procerctis
Sub fine, procer (e) temptantur senum
Suetos doctrinas regre (f) dolosa dolos favent tyrannicos (g);
Deum (h) cultura multos (i) neglecta per omnes.

In his versibus primus spondeus, videns reliqui tres dactyli sunt, qui pedes habent XLII Praeterea autem versus ornato quidem sed inrationabili circuitu parne usque ad XII perveniunt, secundum illud Lupi christiani ita affantis.

Vestes, vere aequitas, aequa largitas,
Laudata fides, diremus dies
Tranquilla tenent tempora.

Nam in versus, et hoc plus solito, uccessario ut credo, verbi adiectione, XIII metra tenent, cuius pedes sunt XXXIII. Sunt autem qui adiciunt triphonos aut quadriphonos versus in quibus quidem non est derogandum, quia poetis libertas quaedam eos componendi versus a veteribus nostris permissa est, sed tamen his nulla fides his non est adhibenda, quia auctoritate cunctorum nulla suffulti (k), permissum magis sequi, quam exemplum voluerunt Quorum versus in medium proferimus

(a) Cod. disparo. — (b) Cod. fistulo modulo. — (c) Cod. pensatus. — (d) Cod. trigenti. — (e) Cod. procer. — (f) Cod. regre. — (g) Cod. tyrannos. — (h) Ita cod. deum pro deorum. — (i) Cod. multos. — (k) Cod. cunctorum nulla suffulti.

4. Don quidem, discentis mei Donati germanus frater, hunc versum (a) antiquum (b) in laude Aeneae regis Arcadum posuit:

Arcadicus (c) rex terrificus laudabilis laude dignissimus.

Gregorius quoque in commentariis suis, quos de sole luna astris et praecipue caeli arcu septem viginti voluminibus (d) edidit, quadripedum persepe usus est versibus, quorum unum tantum in principio ponite, exempli et ego gratia, utar. Dicit enim:

Sol maximus mundi lustifer omnem (e) aëra illustrat pontos

Horum ordinem versuum, quia non ad certam auctoritatem sed ad varietates poëticorum cantuum manifestandas positi sunt, indagari a me necesse non est, praesertim cum omnis qui voluerit eos pensare, facillime valeat. Nonnulli enim quod in unoquoque genere duum pedum primus elevatus et secundus inclinatus, vel ut proprius valeatus dicunt (f), ut legit, agit, nubit, vedit. Sed nos dicimus quod rectum esse sentimus, quia non minus secundos pedis repperimus elevari, quam primos, ungeo (g), amo, doceo, audi.

5. Maxime autem haec diversitas ob nominum pronomum discretionem reperta est, ne confusibilitas aliqua nascatur. Dicimus enim nominativum casum sedes, elevato primo et secundo pede, versa vice secundum levantes pedem dicimus sedes. Sic cum dicuntur reges, primus erigatur, at cum verbum reges, secundus pes elevatur: quod tamen non secundum rationem metrorum, sed secundum discretionis aptitudinem facere solemus. Sicut etiam pone imperativo modo primam ceteram syllabam et novissimam *deprimimus* (h), atque e diverso ubi adverbium fit aut praepositio, prima celata, novissima acuitur. Sicut etiam carminum genera quaedam, quamquam extraordinaria esse videantur, tamen a doctoribus ac leporicis, secundum illectam voluntatem saepius usurpantur: ut sunt cantamenta et cantatellas, quibus vel maxime Sagillus germanus et Vitellius utuntur. Ut ille quidem in libello de mari et luna scripto statim in prooemio cantamentum instituit dicens

Mare et luna concurrent una vice
Altante temporum gaude.

Iste vero in laude Matronae (1) uxoris suae cantatellas satis intulit, in quadam ita inficiens.

Mea Matrona, tuam amplector zonam;
Nobis anima una haeret aquae (i) vestura

6. Et quoniam de rhetoribus ac leporicis mentiuncula facta est, et de metris atque carminibus sermo progressurus est, videtur mihi commodum esse, ut aliquanta de philosophiae generibus memorem. Philosophia est amor quidam et inventio sapientiae, quia fons et matrix est omnis artis ac disciplinae: unde et omnis qui in quacumque parte sive caelesti sive terrestri pura animae et intenta sollicitudine sapiscat, philosophus dicendus est recte. Nostrae autem philosophiae artes sunt multae, quarum studia principalia sunt poema, rhetorica (k), grammatica, leporia, dialectica, geometria et cetera, quae non tam emulationem (l) quam curio-

(a) Cod. hunc versum. — (b) Cod. antiquum. — (c) Cod. Archadicus. — (d) Cod. septem vicentium voluminibus. — (e) Cod. omnis. — (f) Cod. dicunt. — (g) Cod. ugeo. — (h) Locus sic deprimimus et in codice spatium vacuum. — (i) Sic. et placet, aquae. — (k) Cod. rethorica. — (l) Pro emulationem.

(1) Matronae nomen proprium in inscriptionibus antiquis non semel legitur

citatem praetendunt. Inter poema et rhetoricam hoc distat, quod poëma sui varietate contentum, angustum atque obscurum est: rhetorica autem sui amoenitate gaudens latitudinem ac pulchritudinem cum quadam metrorum pedum accentuum tonorum syllabarumque magnifica numeratione praeparat.

7. Sed multi in hoc tempore vim differentiamque artium ignorantes, in rhetorica poëma, et in poëmate rhetoricam agglomerant (a), non habentes in memoria quod Aristoteles Alexandri morum (b) magister praeceperit unumquemque, inquiens, ars intra suas contineatur metas. Non enim formidant metas ascendere, ut nulla reprehensione confundere. de qua pauca pro pagina promere exempla. Lapidus quidam (c) in Asia minore orator praecessit, multa reprehensione digna conscripsit, ut illud: sol in occasu restituit (d) maria. Nulla his ventis est, nulli enim naturam maris profundam mutari possibile est. Ergo dicatur: sol in occasu tingit (e) mare, quo quodammodo transitorie tincto, neque ad Seres (f) festinato profusoque, tota illic ardentissime fulget nocte. Lapidus itidem dicit: ventus ex terra roborum radices avellit altas, quod fieri omnino non potest, sed tantum ventus robora labefactat.

8. Gramma est littera, grammatica litteraturae ratio (1), totius lectionis assimile. Littera interpretatur legittera, quod est legendi itinerarium (2). Oportere enim de opportunitate dicere, loqui enim immensitatem eloquentiae est, dicere autem simpliciter communiterque ad omne dictum affectus. Inter volo et cupio, velle enim ex quadam cum legitima voluntate intelligitur, cupio (g) autem immoderatae cupiditatis est. Balm (h) ob hoc dicitur, quia plurima quae sunt grammatica (i) prolat. Certamen ex certo loco dicitur. Inter plebs et populus: plebs enim quae plenum agris domibusque omni substantia redundans, per hoc non habet pervicax, nec doctrina exiat efficax; populus autem ex pope, hoc est ex fortitudine vel manuum vel sensuum sic appellatur. Inter verus et verax: verus enim ad naturae tantum veritatem refertur, verax autem dicitur qui nequaquam mentitur. Cur quod (k) creaturas pro elementis, et elementa pro creaturis ex nostra quidam ponunt? cum elementum nomen aethereum quasi divinum aliquid vocandum sit. Sic enim apud Hebraeos dicitur Deus, unde et apud Graecos ἄλως (l) sol appellatur. Creatura autem vocatur quicquid de terrae materia erectum est. Sunt elementa, hoc est initia litteraturae, quae ex elementione, hoc est ab inscriptione vocantur. Haec de dialectica arte sint dicta (3).

9. Geometria est ars quae omnium herbarum graminumque experimentum enuntiat: unde medicos geometras vocamus, id est expertos herbarum. Astronomia est quae astrorum omnium cursus litterasque ostendit, in qua arte temporum signa, operum opportunitates intelliguntur ea quae XII signa principalia appellantur, quae

(a) Ita cod. pro agglomerant. — (b) Cod. Alius Alexandri magister. — (c) Cod. quidem. — (d) Cod. restituit. — (e) [illegible] — (f) Cod. [illegible]. — (g) Ita cod. — (h) Cod. [illegible]. — (i) Cod. gramma. — (k) Pro quod quid. — (l) In codice [illegible] pro ἄλως.

(1) Cod. pervidetur. Gaufredus grammaticus in cod. vat. p. 2 legebat litterat[illegible] Littera dicitur quasi legitera, eo quod legentibus iter ad legendum praebet.

(2) Hunc locum [illegible] Virgilii nomine, usurpat Gaufredus grammaticus in cod. vat. p. 6.

(3) Ergo superiores etymologias potiore iure ad epitomen IIII [illegible].

Graeci mazaron vocant, apud quos non XII sed XVI habentur, quorum sunt nomina mon, mah, teutephimon vel clameth, perfellea, belgalie, margaleth, lutamiron, taminon, raphaluth (1), et cetera, quibus omne humani generis ius gubernari putant. Haec ideo patitur, quia in primo nocte qua uxorata est, mon, (a) cum belgalich concurrerunt, id est stellae duae. Physies (b) rationabilem super natura rerum attingit disputationem.

40. Illud quoque omni sapienti sciendum atque scrutandum est, quomodo et qualiter sese plastus homo habeat; qui primo plastum ex limo, dein afflam ex superioribus, et haec ineffabiliter coniuncta habet, dissimili natura in semet ipso perfruens: plastum qualem quasi materia vilore compactum, utpote ex liquidis et aridis, frigidis et calidis rebus, connexum, infibulata sibi affla, quae est anima, homo deputatur (c). Sed quia anima ad hoc tantum imperat corpori, ut animet, sicut et omnia animantia; ergo nisi *praeter* haec omnia mentem et rationem habeant, nihil ab animantibus differt. Mens enim de metiendo dicta, quando subtiliorum sensuum mensuram aperit animae, in qua capacitate tali quadam facta superior ratio infusa perfecte eam sapere (d) facit. Triplex quidem in hominis status est. Anima quidem naturalia sapit, in qua est ingenium, de ingenio vitae creaturis sibi insertam se nominatum. Mens autem moralia intellegit, in qua est memoria, qua visa vel audita tenaciter memorat; ac velut in quodam integro vase congregans, innumeris cogitationibus scatet. Ratio vero supernera et caelestia perlustrans intellectum quadammodo ignitum flammineum possidet. Nec immerito itaque praeceptores nostri Sulpicia (e) atque Istius (f) hominem mundi minorem nomine censuerunt, quippe qui in semet ipso habet cuncta, ex quibus mundus constat visibilis: terra enim in corpore, et ignem in anima, aqua in rigiditate, et aer in cogitamentorum velocitate, sol in splendore sapientiae, luna in incerto et instabili statu divitiarum, iuventus quae est campus floridus, in nobilitate virtutum et multitudine plenitae, montes in exaltatione generositatis, colles in successione hereditatis, valles in humiliatione tribulationis, ligna fructifera in fructibus largitatis, ligna sterilia et loca aspera et voragines in immunditia, spinae quoque et tribuli in malis moribus variisque lenitibus, serpentes et pecora in simplicitate atque prudentia, mare quoque undosum heluosumque in turbinosa cordis profunditate hominis et in ipsa ratione.

41. His in omnibus et aliis temere (g) decursis, ad nostrum propositum, hoc est ad metrorum narrationem fine tenus recurramus. Omnis versus hexametrus sive heptametrus, rhetoricus est. Trimetrus autem et tetrametrus, et pentametrus, poeticus erit. De sapphico autem metro et heroico versu metiendo (h), in quadam epistola, quam ad discentem (i) Donatum Romanum misimus, descripsisse me sufficienter memini: vereor ergo, ne si haec eadem repetivero, fastidiosus magis scriptor quam sollicitus doctor haberi incipiam. De graecis metris autem, quorum natura dissimilis est et longe diversa, nihil hic disputare necessarium reor, cum libri unum opus efficiam. Ante omnia autem tria ista omni doctori carmina componere

(a) Cod. mazeron. — (b) Cod. et physis. — (c) Cod. [illegible]. — (d) Cod. sapiri. — (e) Cod. Sulpitia. — (f) [illegible] — (g) Cod. [illegible] — (h) Cod. metiro. — (i) Cod. [illegible].

(1) Conficiuntur haec vel astrologiae superstitiosae vulgaris vocabula.

volenti necessaria sunt, et primum describendarum litterarum notitiam habens, singularum modum mensuramque depingat syllabarum, sive versum versui et metrum metro commisceat: ea sine vel nonnum ars bene composita, per scribendi imperitiam nihil lucri ingenuitas confert. Tam deinde ut in ceteris partibus et romana vari... non fallacor, de quo eloquenter se compensasse poterat, ignorata veritate latinorum, nam pro laude adquirat. Tertio ut in sese currentibus unumquemque verum suo reddat iuri, ne sicut Alexander macedo cuidam sibi laudes carmine decantanti audacter exprobravit, suo vitio pretiosarum sit fossator margaritarum.

INCIPIT IV. DE COGNOMINATIONIBUS NOMINUM ATQUE VERBORUM

1 Memini me o Donate, cum discente, vestro municipe (1), hesterno rogatum esse, ut unde caelum dictum sit aperirem: cui respondi non illius temporis fuisse si operi impenderem mentem. Cui rei fortiuscule id temporis vacare non potui, nam nunc vestrae dilectioni largiter, alia superadditurus. Caelum ab hoc dici putatur, quod quaedam intra se grandia celat arcana, et ipsum aerum (a) quae spatiis nubiumque obstaculis ab humanis celatur obtutibus (b) rectissime nomen accipit. Altum caelum diximus, sed altitudo et profunditatem nonnumquam significat: denique sive mare sive quicquid infra terram est positum, altum nominandum est. Sicut et noster Donatus: " obsecro vos o alti quicumque estis, emittite ad me solem, terras lucentem " diem protinus allaturum „ Terra ob hoc dicitur quia hominum pedibus teritur. Sed ter igitur RA dicitur, primo quod ex ea nascimur, unde et ex humo homo dicitur, secundum quod eius fructibus alimur ac recreamur. Tertio quod in eam resoluti velut in matris vulvam recondimur. Caelum ab Hebraeis aquarum collectio שמים dicitur. Sol dicitur quia solus per diem sui fulgoris vi totum orbem, obtundens non stellas cum luna, lustret, vel certe ad ex sollemnitate, hoc est habundantia splendoris nuncupatur. Luna a quadam Diana aestimatur, quae nomen (c) vocitabatur: sed quod verum: luna ex ipso lumine vocatur. Stella a quodam Stellium vocitata est, quem dicunt aurigam fuisse stellarum: sed stellas omnes ideo dicendas sunt, quia veluti

(a) Ita cod. — (b) obtutibus cod. — (c) Cod. omnia.

(1) Si ergo Iul. Gremoni patria innotescat Africa, africanum quoque Donatum scimus.

Hic lectores moneudi sunt anno MDCCCLXXI ab hac pagina 161 coeptam esse opus absolvendae fasciculi huius impressionis, quam Angelus Maius interceptam reliquerat. Perpaucae, ut patet, restabant typis committendae pagellae, quas tamen ipse Maius diligenter paraverat, ut typothetae tradi possent, quarum exemplar in Bibliotheca Vaticana inter Maianas schedas adservatur, et unde omne quod hic imprimitur depromptum est. Ideirco non modo opuscula superstes sed et haec Virgilii Grammatici plane omnia recens scripta, veluti ex ipsius Maii manu eruditi viri nunc recipiant, nam in hic celebrandis scriptis ex uno corruptissimo codice derivatis religiosa adhibita est diligentia, ut secundae curae Maianae per quam fideli ratione repraesententur.

21

quaedam stillicidio levi velata diurarent. Sed inter stellas et astra et sidera, quae tria genera sunt caelestia creatura, quae differentia est? Quia stellae ut diximus de stillicidio dicuntur, astra de sanctitate pictuarum (astor quisque apud philosophos pictor dicitur). Sidus de situ mundo (a) commentur. Ergo sidera ultissima sunt astrorum, stellas minima quoque astra ex brain, astra vero omnia creatura caelorum.

2. Avis de aviditate carpendi dicenda est: volucer vero ab ipsa velocitate volandi: volatilia autem non erit nomen proprium (b) positionis, sed derivatum, quidquid volat communiter dicitur, et Catone dicente sagittae esse volatilia sunt. Et Cicero: elephantas, inquit, volantia in bello. Bestia dicitur de bessu, hoc est more fratrum Belbo (c) sermon, ut balaeno in mare, a physicis vocatur. Caro a caritate cognationis: corpus a corruptibilitate aeterna dicitur, sed hoc de homine: ceterum quod omni patet, corpus dicitur. Quaeritur unde appellatur; pes in philosophis custodia dicitur, ut et Origenes " positis in puro lateribus solus (d) evenit, hoc est in carcere. Corpus ergo a custodia dicitur. Caput a capitate sumi (e) dictum est unde capere dicitur, quae commedimus, et tenere, quae manu tangimus (f), sed ad omnium referatur, eo quod capax cogitationum ac memoriae. Oculus dum dicitur, eo quod occulta perviderat ac perlustrat. Auris eo quod auditos sermones internis haereat. Pectus ex eo quod expectat (g) ad cordis secreta, dicitur a pectendo, id est discernendo, unde pecsta dicuntur. Ubera nomina mulierum dicuntur, quae ab ubertate lactis nuncupantur, si in viris aclur ita nominari similia erunt quae humorum inundatione exuberant. Venter a venti spiramine sic dicitur, quia et ventus ob hoc nomen accepit, quod per omnes venas latebras artusque totius creaturae pervenat. Lingua a ligurando dicitur. Philosophi virtutem et cursum manus et pedes vocaverunt, quorum nominum meneptoto declinatio est per omnia genera: manus ergo, hoc est virtute, manus appellatas sunt, et a per pedes, quod est a cursu. Equus ob aequitate cursus dicitur. Vir a virtute nominatur: mulier a multitudine (1) sexus: uxor quae a viro leerit uxorata in certa. Sed contra generaliter dicitur omnis cohortio sive iterum, sive concordiae, sive consuberrem. Cor vocatur a corruptione sermonum.

3. Lux dicitur semper caelestis, hoc est dies solisque: et lumen materiale est, id est ignis aut lucerna. Aqua generaliter dicitur omnis liquor. Panis dicitur omne quod pascit. Vinum sive de vena, sive quod impleat venas. Labia ex labore loquendi dicuntur, sive quod per verba libenter delapsa. Lapides dicuntur de sua lampaditate, quia ex his lampades (h) ignis accenduntur. Lapides pretiosi ex tanto sibi splendore, velut ex quadam lampadum multitudine nominati sunt. Saxa vero tomenta et immobilia velut quaedam naturae dicuntur. Petra de duritia dicitur. Dies nominatur a quibusdam quasi dies iocundus est, nos illuminas dies, quia a tenebris dividit. Nox dicitur ab eo quod hominibus noceat. Tempus a temperamento dicitur, eo quod diebus mensibus annis frigore aestatoque temperatur. Annus dicitur eo quod

(a) Cod. mutiem. — (b) Maius proprium. — (c) Ita cod. pro Belus. — (d) Cod. solus. Ergo vel solvent, vel solus. — (e) Cod. summi. — (f) Cod. tangem. — (g) Ita cod. pro spectet. — (h) Cod. lapides.

(1) Confer Epist. II, 3. ubi multitas

cuncta innovat. Mensis a mensura dicitur, sive quod mensam, id est terram, suis (a) fructibus dapibus impleat. Aestas de longitudine dierum dicitur. Ipsa (b) ardens dicitur. Autumnus dicitur de numerositate (1) fructuum qui colliguntur. Hiemps frigus interpretatur vel ariditas. Ver, hoc est quod in eo cuncta vernant, id est virescunt. Pluvia, quod de caelo pluunt, sive quod ipsius terrae germen irrigat. Nubes dicuntur, quae solem seu tegmine velut quodam pallio obnubunt. Gloria a glorificatione, apud philosophos glores dicuntur. Gratia eo quod gratis datur vel sine pretio accipiatur. Bravium fortitudo dicitur. Dentes dicuntur eo quod dent loquellam vel fortitudinem vocis; alii runcones nominaverunt, alii mandibulas, eo quod rodunt cibos, vel manducant. Unaquaque res natura est in qua nascitur, et sine qua vivere non potest, sicut homo sine aere, avis sine volatu, piscis sine aqua. Et sicut corpus per quinque sensus constat, ita scriptura per quinque litteras vocales, quae (d) regnant in VIII partibus orationis (c). Finit.

INCIPIT V DE CATALOGO GRAMMATICORUM

1 Primus igitur fuit quidam senex Donatus apud Troiam, quem ferunt mille vixisse annos. Hic cum ad Romulum, a quo condita est Roma urbs, venisset, gratulantissime ab eodem susceptus IIII continuos ibi fecit annos, scholam construens, et innumerabilia opuscula reliquens, in quibus problemata (c) proponebat dicens: quae est mulier illa, o fili, quae ubera sua innumeris filiis porrigit, quae quantum sugerint, tantum in ea manabunt? Haec est sapientia. Quid inter verbum et sermonem et sententiam et loquellam, et orationem? Verbum est unum quod lingua profertur et voce. Sermo autem cuius nomen ex duobus verbis compositum est, hoc est sero de et monendo. Sententia vero quae animo concipitur. Porro loquella quando unum quidem eloquentiae decursu ordo partitur. Oratio, quando usque ad montem ortum describendae orationis (f) summa pervenit. Fuit item apud Troiam quidam Virgilius eiusdem Donati auditor, qui in describendis versibus diligentissimus erat, qui LXX volumina de ratione metri scribsit (g) et epistolam ad Virgilium Assianum missam de verbi explanatione. Tertius Virgilius ego.

2 Nam Virgilius Asianus praeclaris doctor fuit, vir admodum mirabilis ... vir (h) et nunquam in aula eam sermonis invenimus. Hunc ego meis oculis, et parvulo mihi ... florescunt. Hic scribsit librum nobilem de duodecim latinitatibus, quas his nominibus vocavit (2). Prima, latinitas usitata. Secunda assena. Tertia semedia

(a) Cod. sic. — (b) Cod. ipsa. — (c) Cod. gusm. — (d) Cod. orationum. — (e) Ita et p.m. et in aliis ... — (f) Cod. orat pyras. — (g) Cod. scribsit. — (h) Ita codex.

(1) Vocabulum numeris habes in Attaica ... p. 46 v. 3 ... [illegible] ... explicatur ... [illegible] in theatro, ... horres.

(2) Istas ... in praefatione, ... tractum de duodecim latinitatis generibus, ex romano bibliothecae ... codice, sive ... [illegible] ... ad ... in append. V p. 456 ... [illegible] ... romanorum fragmentum ... [illegible] ... hoc in parte

Quarta numeria Quinta metrofia Sexta lumbrosa Septima sincolla Octava belsabia Nona bresina Decima militana Undecima spela Duodecima polema

I Usitata, quae in usu romanae eloquentiae habetur, et qua scripturae latinae ornamentantur, hoc est attribuntur

II Assena (a), hoc est notaria, quae una tantum littera pro toto esse contenta est, et haec quibusdam formulis picta

III Semedia, hoc est nec tota usitata, nec tota ustata, ut *mela glus* (b), id est mons altus, *gilmola*, pro gula

IV Numeria (c), quae propria numeros habet, ut *uno* unus, duo duo, *ter* tres, quir quattuor, quin quinque, sem septem (d), *una* octo, novis novem, *plens* decem quod dictum de plenitudine est Et sic *semplo* undecim, usque ad *plasia* viginti, ut *torbasia* triginta, et *quirlasia* quadraginta, usque ad *becan* centum, et pervenit usque ad *colepian* mille, et reliquum

V Metrofia, hoc est intellectualis, ut *dometabal*, id est principium, *sobus* rusticus, *gune* utilitas, *bova* fortitudo, *teer* dulcitas coniugalis, *cersum* veneratio, *brops* pietas, *yfiph* hoc est veneficium, *ribph* hoc est bilentas, *gal* hoc est regnum, *fkal* hoc est religio, *clips* hoc est nobilitas, *mynes* dignitas, *fros* hoc est recognitio, *uboh* honor, *gabal* eloquentia, *blagth* lux solis, *marc* plano, *eful* dies et nox, *gutrb* pax, *buon* aqua et ignis, *spar* longaevitas Ex his rebus totus mundus gubernatur et prosperatur

VI Lumbrosa, hoc est perlonga, cum pro uno (phono) usitato totus versus scribitur, cuius exemplar hoc: *gabalaa con breues galaute*ron, hoc est legere Item *ualasium* *ulmagaro pater passaria*, hoc est vita

VII Sincolla, hoc est perbrevis, versa vice cum totus versus usitatus in uno contrahitur phono, cuius exempla sunt ista *ufgears*, hoc est mores corrigite (e), bona diligite (f) Item *fire*, hoc est loquere parentes tuis non est

VIII Belsabia, hoc est perversa, cum casus nominum, modusque verborum transmutatur, ut legibus, hoc est lex, *regnis* et *regant*, hoc est rego

IX Bresina, hoc est speciosa, cum unum phonum multa usitata significat, ut *rur*, hoc est campus vel specus vel gladius vel unus

X Militana, hoc est multimoda, cum pro uno phono usitata multa ponuntur, ut pro verbo *gammon*, *eeol*, *ruslen*, *robota*

(a) Codex non *assena*. — (b) Sic cod. cum signo. — (c) Cod. *Numerum*. — (d) Ita cod. — (e) Cod. *colligite*. — (f) Ita cod.

modetur Quia tamen commune quoque fragmentum mendis tabulibusque laborabat, in eum codicis neapolitani non semel integriori a me perusta — tum fuit quam id, qui feruit editionem non non coalerent, verbisaram deprehendent

---

Noverint lectores Angelum Maium in hac admiratione, quas in priore sua editione Virgilii Grammatici in tomo V Classicorum Auctorum rursus hic apponitur, loqui de ea praefatione ad Virgilium istum, quam in praedicto tomo legimus Praeterea in ipso textu Virgilii exemplaris me olim Angelus Maius hic aliqua emendare coepit ex codice neapolitano, sed postea varias meas emendationes ipse improbavit.

XI Spela, hoc est humillima, quae semper res terrenas loquitur, ut sabon, hoc est lupus, *gabul*, hoc est vulpis; *gariga*, hoc est grus, *lena*, hoc est gallina. Hac Bregandus utebatur.

XII Polema (a), hoc est superna, quae de supernis rebus tractat, ut *alippha* (b) pro anima, *spiridon* pro spiritu, repota pro virtutibus quibusdam supernis, sinarmasa anus pro quadam auctate Dei alt (1). Hoc semper genere sermonis vir (c) loquebatur hic (d).

3 Virgilius nomine primaeus quidam (e) apud Cappadociam, vir dulcissimus erat, in physicis satis gnarus, et in computatione lunae et mensium (f) argutissimus. Hic scholasticis suis aiebat de ventorum interrogantibus, spiritum quendam esse inusitati venti, qui procellitate temporibus mundo inferat, et caeteros ventos tantum, cuius naturae haec est ut solus humanos oculos (g) ingerat, qui cum tam spiramen quam fulgorem flammam habet, quem et altiorem omnibus ventis, et profundiore omnium penetrare asserebat. Quem cum interrogassem utrumnam hic ventus proprio dictione an aliena regeretur, ostensaque pugillam, IIII potiores confecit versus ita inquiens

Summa in summo
Potens caelo
Celumque cuncta
Gubernat celsa

id est Hebraeorum Deus.

4 Histrius vir (h) hispanus in compositione historiarum splendidus satis eloquentiae, quandam similitudinem mihi dedit dicens: vitam solis in testamentis gerit (i) verbum, nam sicut dies absque sole non est rutilus, ne testimonium sine verbo nondum lucis micat (k). Item o rex scito, quia sicut tecum tua ancilla vitam hanc est sortita communem, ita tu cum ea (l) mortem subibis communem. Item interrogatio in avaro, quid caelum, quid terra, quid mare sua dona tibi ferunt, et tu tua bona non feres proximo? Item Ut in mari pisces omnia quaeque vorat, nec animi potest, sic animo hominis avari tota vescit saeculi utitur. Hucusque Histrius (2).

5 Erat apud Aegyptum Gregorius graecis studiis valde deditus, qui tria milia librorum de Graecorum historiis conscribat. Erat apud Nicomediam Balapsitus nuper vita functus, qui nostrae legis libros, quos ego in graeco habui (m) sermone, me iubente vertit in latinum, quorum ad principium: in principio caelum terramque mare omniaque astra spiritus intus fovet.

Erant praeterea tres Iulani (n), unus in Arabia, alius in India, tertius in Africa quos Aeneas meus praeceptores habuit, quorum libros meditante, notaria arte in lucidum descriptionum transtulit in quibus repperit quod vir quidam Maro fuerit prope

(a) [illegible] — (b) [illegible] — (c) Cod. [illegible] — (d) Cod. [illegible] — (e) Cod. [illegible] — (f) Pro [illegible] (sup. p. 95, n. 1) [illegible] — (g) Cod. [illegible] — (h) Cod. [illegible] — (i) Cod. [illegible] — (k) Cod. [illegible] — (l) Cod. [illegible] — (m) Cod. [illegible] — (n) Cod. [illegible]

(1) Hucusque pertingit angelici codicis fragmentum.
(2) Num hic est Arabicus Isidorus? At enim alii dicunt Septam, alii Istrium.

diluvium, cuius sapientiam nulla narrare saecula poterunt (a). Unde Aeneas cum me vidisset ingeniosum hominem, in hoc vocabulo nuncupavit, dicens: hic filius meus Maro vocabitur, quia in eo antiqui Maronis spiritus redivivit. Erat etiam aliud meus Martialis, vir satis gnarus (b) et clarus vultu. Hic in arte grammatica diligentissimus. — Haec vobis, o sodales atque discentes, legum paternarum libros pro cunctorum legentium utilitate atque salute excepta (c) insinuasse (d) sufficiat.

(a) Cod. poterant. — (b) Cod. ignarus. — (c) Cod. excepto. — (d) Cod. sinnasse.

MONITUM

Inter schedas Angeli Cardinalis Maii in Vaticana Bibliotheca adhuc asservatas reperitur exemplar nitidum et elegans grammaticarum scriptorum Virgilii huius Maronis descriptum ex codice Bibliothecae R. Neapolitanae, de quo notitiam tradidit idem Maius in sua Classicorum Auctorum e Vaticanis codicibus editorum tom. v. praefatione § 2. quo in tomo primum Virgilii opera in vulgus edidit. Sed postea ut eorundem operum novam pararet editionem, praedictum fidelius exemplar sibi comparavit, anno 1847 per cl. viros Ioannem Rossi et Antonium Iannelli Bibliothecae Neapolitanae custodes addictos, ut patet ex eorundem ad Maium data epistola, quae ibidem cum apographo legitur. Novam hanc Virgilii editionem tantum usque ad paginam 161, ut iam notavimus, impressam reliquerat Maius, sed novo codicis ...ne apographo et aliis instruxerat adversaria typothetae tradenda. Attamen quum opus istud a Maio paratum dumtaxat ad Epitomen V perveniat, et insuper ex praedicto apographo cognoscamus hunc etiam grammaticorum partem excerdere hic enim legimus Explicit Maronis Virgilii. Oriuntur Epithomen, idcirco muneri nostro satisfacisse arbitrati sumus, si tantum ea, quae Maius paraverat, typis committeremus, reliquis studiis eruditorum hominum comparandis aliundique permissis.

INDEX

OPERUM QUAE IN HAC APPENDICE COMPREHENDUNTUR

APPENDIX ALTERA

AD OPERA EDITA

AB ANGELO MAIO

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

CONTINENS

IOHANNIS SCOTI ERIGENAE

EXPOSITIONES

SUPER HIERARCHIAS CAELESTES

SANCTI DIONYSII

ROMAE

APUD IOSEPHUM SPITHOEVER

M·DCCC·LXXI

INCIPIUNT EXPOSITIONES

IOHANNIS SCOTI

SUPER HIERARCHIAS SANCTI DIONYSII (1)

CAELESTIS HIERARCHIAE CAPITULUM I

1 Sancti Dionysii areopagitae primus liber, qui inscribitur de caelesti hierarchia, XV capitulorum serie contexitur; quorum primi titulus est: *quoniam omnis divina illuminatio secundum bonitatem varie in ea quae praevisa sunt proveniens* hoc est quoniam divinae bonitatis omnis illuminatio, quae multipliciter in ea quae praevisa sunt facienda procedit, manet simplex in se ipsa; et dum diffunditur universaliter in ea quae sunt, ut sint, quia nulla alia est rerum omnium sensibilium et intelligibilium subsistentia, praeter divinae bonitatis illuminationem et diffusionem, non desinit esse in se ipsa simplex et inexhausta. Est enim fons non deficiens, et in omnia quae sunt, infinita numerositate profluens. Et non solum in omnia manat et provenit ut subsistant, verum etiam universa quae ex ipsa et in ipsa et per ipsam subsistunt, in unam* ineffabilem harmoniam colligit ita ut et in universitate multiplex sit per infinitam multiplicationem, et in ipsa omnia unum sint per incomprehensibilem adunationem (2). Et hoc est quod ait: *manet simpla* et non hoc solum, sed unificat illuminata, hoc est per unam illuminationem et possessionem facta. Cod. A f. 1 a / Cod. B f. 1 b / * B. unam et

2. Totus itaque titulus est primi capituli: quoniam omnis divina illuminatio secundum bonitatem varie in praevisa proveniens, manet simpla. Et non hoc solum, sed unificat illuminata. Ipsum vero capitulum ex sententia Iacobi apostoli orditur*: omne datum optimum, vel ut expressius de verbo in verbum transferetur: omnis datio optima, et omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Quae apostolus sententia divinam dationem ex divina donatione mirabili discernit differentia. Optimam quidem dationem universalis creaturae substitutioni distribuens. Perfectam vero donationem divinae gratiae largitati. Quoniam omne quod est, duobus modis divinam participat bonitatem: quorum primus in conditione naturae est, alter in distributione gratiae perspicitur. Nihil quippe est in universali creatura, quod his duobus careat: subsistit enim omne quod est, et divinae gratiae iuxta convenientem sibi analogiam particeps est. Et notandum, quod non simpliciter est dictum, omnis datio optima, et omne donum perfectum; primordialiter quippe in omnibus quae sunt, praecedit datum naturale substitutum, ut sub- * Iac. I 17

(1) Ex hoc generali titulo cognoscimus Scotum nostrum commentari voluisse etiam ad alios Dionysii libros: quod satis liquet et infra n. 15. Non tamen nostram caelestis hierarchiae expositionem invenimus in duobus bibliothecae vaticanae codicibus de quibus in praefatione diximus.

(2) Cavendum est ne haec verba ad pantheismum absurde trahantur. Ecce enim mox a Scoto Deus creator dicitur. Utiliter vero conferetur S. Augustini primus sermo valentini, ubi de Deo ornate

sequenter distribuitur perfectae donationis augmentum. Et ut rerum dationis et donationis manifestissimam discretionem, intuere quod sit omnis datio optima, hoc est omnis creaturae substitutio, valde bona, sicut scriptum est *: et vidit Deus, et
* Gen. I. 31.
ecce omnia bona valde. Quoniam vero nullius substitutio perfecta est, nisi a creatore convertatur, sequitur et omne donum perfectum. Praecedit itaque optima creaturae substitutio, cui ad perfectionem additur ad creatorem conversio.

3. Et ne mireris quod diximus, nullam substitutionem creaturarum, nisi convertatur ad creatorem, perfectam fieri posse, vera siquidem docet ratio omnia quae sunt, ad causam suam, ex qua, et per quam, et in qua subsistunt ut perficiantur, necesse est requirere. Intellectualia quidem et rationalia, immediate per se, intellectu vero et ratione carentia, quadam medietate rationabilium et intelligibilium interposita, ad unum universitatis principium convertuntur. Omnis itaque datio optima, et omnis donatio perfecta desursum est, id est deorsum descendit. A quo? nisi a fonte ineffabili omnium bonorum, a patre luminum. Quodcumque enim seu sensu corporeo intermuntiante, seu puro intellectu investigante in universitate condita *
* S. condita.
ad liquidum percipitur atque cognoscitur in substitutionibus naturae et perfectionibus gratiae, non aliunde nisi a patre luminum procedit. Pater autem luminum est pater caritatis, lumen primum atque ultimum, a quo lumen verum Verbum suum, per quod facta sunt omnia, et in quo substituta sunt omnia, unigenitus filius eius nascitur. A quo patre dei consentaneo filio Verboque suo lumen procedit spiritus sanctus, spiritus patris et filii, in quo et per quem donationes gratiarum distribuuntur in omnia. Et haec est trina lux, et trina bonitas, tres substantiae (1) in una essentia, pater et filius et spiritus sanctus, unus Deus, una bonitas, unum lumen diffusum in omnia quae sunt, ut essentialiter subsistant, splendens in omnibus quae sunt, ut in amorem et cognitionem * pulchritudinis
* A. cognitio-nem.
suae convertantur omnia. Superexsistit omnia quae sunt, ut perfectionis suae plenitudine fruantur omnia, et in ipso omnia unum sint. A patre itaque luminum omnia lumina descendunt.

4. Sed fortasse quis dixerit: quomodo omnia quae sunt, lumina sunt? Quoniam enim universaliter rerum omnium a patre per filium et spiritum sanctum condita est, pater quippe vult, filius facit, cooperatur spiritus sanctus, proprie tamen et specialiter de intellectualibus et rationabilibus creaturis condita lumina a patre luminum per genitum lumen, perque lumen procedens, spiritum procedere? talia vero plus illuminari, quam lumina esse credenda sunt. Sed huic consulte ratione facile possumus respondere. Et primo quidem dicendum: si pater luminum per se ipsum lux est, neque enim pater luminum esset, si in se ipso lux non subsisteret, omnia quae fecit, in sapientia sua fecit, quae et ipsa lux est, quoniam coaeternalis patris luminum est, numquid aliter existimandum, nisi ut omnia quae pater lux in sapientia coessentiali sibi lux condidit, lumina condita credantur et intelligantur? Pater autem, suae sapientiae pater est. Igitur omnium quae in sua sapientia fecit, ipsum, patrem esse, necesse est. Quod etiam ipse Dominus evidenter astruit dicens *: confiteor tibi, domine pater caeli et terrae
* Matth. XI 25.

(1) Id est *subsistentiae*, ex graeco ὑποστάσεις, quod datur pro *persona*, indulsit Italia, Linguae paupertatis causa, S. Athanasium, apud Theodorum Studitam epist. lib. I. 40

5 Est et alia ratio quae luculenter edocet omnem creaturam visibilem et invisibilem, lumen esse conditum a patre luminum. Si enim summa bonitas, quae Deus est, omnia quae voluit propterea fecit, ut quoniam per se ipsam invisibilis et inaccessibilis lux est, omnem sensum et intellectum superans, per ea quae ab ea facta sunt, veluti per quasdam lucubrationes in notitiam intellectualis et rationalis creaturae posset descendere; quod etiam apostolus edocet, ut enim * invisibilia eius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur; quid mirum si omne quod inaccessibilem lucem, quodammodo ut accessibilis sit, puris intellectibus introducit lumen, illuminans enim *, et in cognitionem creatoris eos revocans, nulla ratione obstante intelligitur? Verbi gratia ut ab infimis naturae ordinibus paradigma sumamus: lapis iste vel hoc lignum, mihi lumen est. Et si quaeris quomodo, ratio me admonet ut tibi respondeam. Hunc enim lapidem considerans, multa mihi occurrunt quae animum meum illuminant. Cum quippe animadverto subsistere bonum et pulchrum, secundum propriam analogiam esse; genere speciesque per differentiam a ceteris rerum generibus et speciebus segregari; numero suo, quo unum aliquid est, constitui, ordinem suum non excedere, locum suum iuxta sui ponderis qualitatem petere. [illegible] * Rom. I. 20. * [illegible]

6 Haec talia et similia dum in hoc lapide cerno, lumina mihi fiunt, hoc est me illuminant. Cogitare enim incipio unde ex talis sunt, et intueor quod nullius creaturae sive visibilis sive invisibilis participatione naturaliter haec ei insunt, et mox ratione duce super omnia in causam omnium introducor, ex qua omnibus locus et ordo, numerus et species genusque, bonitas et pulchritudo et essentia, ceteraque data et dona distribuuntur. Similiter de omni creatura a summo usque deorsum, hoc est ab intellectuali usque ad corpus, ad laudem creatoris referentibus eam, et in se ipsis Deum suum studiose quaerentibus, et in omnibus quae sunt, eum invenire ardentibus, et super omnia quae sunt, eum laudare diligentibus, lux introductiva est eius rationibus consideratis, quandoque mentis contuitu perspicua. Hinc est quod universalis * huius mundi fabrica maximum lumen fit, ex multis partibus veluti ex multis lucernis composita ad intelligibilium rerum puras species revelandas et contuendas mentis acie, divina gratia et rationis ope in corde fidelium sapientium cooperantibus. Pulchre igitur theologus Deum patrem, luminum patrem appellat, quoniam ab ipso sunt omnia in quibus et per quae omnibus se manifestat, et in luce suae sapientiae luminum conformia unificat et fecit. * b addit creatura

7 Beatus autem Dionysius Atheniensium episcopus de caelesti hierarchia, hoc est de caelesti sacerdotio supermundialium virtutum (in quibus maxime et principaliter post primordiales causas, pater luminum data sua optima et dona perfecta et multiplicat in infinitum, et in se ipsum revocat in unum) volens scribere, praefatam theologicam theoriam opus est, quam subsequenter explorat dicens: *sed et omnis patre moto* (1) *manifestationis luminum processio, in nos optime et large* § I. I. b.

(1) [illegible]

procedens iterum ut unifica virtus nos replet, et convertit ad congregantis unitatem et deificam simplicitatem. Quoniam beatum Iacobum de processione et multiplicatione divinorum luminum per dona naturae et dona gratiae admodum videbat dixisse, de adunatione vero eorum inque fontem suum restitutione siluisse, merito hanc sententiam subiunxit, ac si diceret: non solum data et dona divina, quae post angelicas substantias in humanis mentibus adhuc mortali carne gravatis maxime fiunt, desursum sunt a patre luminum descendentia, verum etiam omnis processio divinae illuminationis, quae ineffabili paterno motu in nos copiosissime et multipliciter provenit. Iterum ipsa congregantes, dum nos intus nos unificans atque restituens sua gratia implet et convertit ad ipsum patrem, qui ad se congregat quae a se prodeunt, et in se unificat diversa, et deificat sibi conformia et simplificat, solubi in infinitam numerositatem multiplicata.

8. Qua autem ratione πατροκίνητος, id est *pater motus* a Graecis dicatur, non incongrue quaeritur. Quomodo enim immutabilis movetur, vel a quo movetur, vel, inquit, et ad quid movetur, non infructuose a sapientibus investigatur. Movet igitur se ipsum non localiter, non temporaliter, sed superessentialiter, super loca et tempora movetur a se ipso. Nulla siquidem motum praecedit, quae ipsum moveat, cum sit ipse prima causa omnium motuum: ipse est motus et status, motus stabilis et status mobilis. Quo argumento, dic quaeso, approbas immobilem patrem *moveri*? Ex nominis argumento. Si quaeris nomen illud, unde? In utraque lingua, graeca videlicet latinaque pater vocatur. Et graece quidem componitur πατήρ, hoc est πάντα τηρῶν, id est omnia servans. Num tibi videtur recte moveri ut custodiat omnia, qui servat et salvat omnia, quae in ingenito suo fecit? Audi etiam aliud: pater, et Deus vocatur, hoc est Θεός, *currens*, a verbo θέω, quod est *curro*, derivatum. Currit enim per omnia, implens et substantificans omnia. Et quis et qualis est eius motus? Verbum suum, motus suus est, sermo enim, motus eius est,
a Ps. CXLVII. 15. b Ioh. XIV. 24. de quo psalmista ait [a]: velociter currit sermo eius. Et ipse sermo de se ipso [b]: et sermo, inquit, quem audistis, non est meus, sed mittentis me patris. Audi et alium motum patris, coessentialem sibi et filio suo, qui motus procedens dicitur spiritus
c Ioh. XIV. 26. veritatis, quem mittit pater in nomine filii sui [c]. Summa itaque Trinitas, trinus immobilis motus est: pater movetur gignendo filium suum, in quo et per quem fecit omnia; filius movetur, faciens quae vult pater; spiritus movetur cooperans filio et patri salutem.

A. § 3. 4. 9. De motu summae bonitatis ad servanda, facienda, perficienda omnia, ipse
d Sic utrobique codex. Dionysius copiose disserit. Sed notandum quod in hac periodo [d], sicut et in ceteris ac paene omnibus simplicia verba pro in graeco compositis, propter faciliorem nostrorum difficillimorum intellectum transtulimus: pro φωτοφανίας, hoc est *luminum apparitionis*, *illuminationis* solummodo ponentes, et pro ἀγαθοδοσίας, quod est absolute *optimae*, dotis, affatim, vel datio, ac large. Illud etiam quod diximus, *nos replet*, quoniam ex ambiguo graeco quod est ἀναπλεῖ translatum est, potest et sic transferri, *nos complet*, et est sensus, quemadmodum divinae illuminationis processio copiose nos multiplicat in infinitatem, iterum compleat et unificet et restituit in simplicem congregantis et deificantis nos patris unitatem. Hoc autem dico, quoniam fere tota beati Dionysii per omnes hos libros intentio de in-

finita numerositate multiplicationis substantiis per se summi boni, in omnia quae per se ipsa nec essent, nec bona subsisterent, nisi participatione ipsius essentiae bonitatisque essent, et bona essent, deque ipsius multiformis numerositatis iterum reductione reditusque in ipsum summum bonum, in quo numerositas infinita finem ponit, et unum est. Et hoc apostolico perhibet testimonio dicens: etenim ex ipso omnia, et in ipsum, ut divinum ait verbum.* Ac si diceret: propterea divina virtus colligit nos et simplificat ad congregantis patris unitatem et deificam simplicitatem, ut sancta apostolica testatur sententia. * Rom. XI. 36.

10 Sequitur: ergo *Iesum invocantes, paternum lumen, quod est verum de lumine*,* *quod illuminat omnem hominem venientem in mundum, per quem ad principale lumen patrem accessum habuimus, in sacratissimorum eloquiorum a patre traditas illuminationes, quantum possibile est, respiciamus.* Iam nunc incipit de caelestibus hierarchiis, hoc est episcopatibus, tractare. Et est ordo verborum: nonne ergo respiciemus, quantum possibile est, in sanctissimorum eloquiorum a patre traditas illuminationes, invocantes Iesum? Sensus autem talis est: quoniam ex ipso patre omnia veniunt, et in ipsum redeunt, nonne nos qui invocamus Iesum, quem paternum lumen, lumen videlicet de lumine, et verum lumen de vero lumine, qui illuminat omnem hominem venientem in mundum, in ipso et per ipsum restauratum est, per quem Iesum scilicet, ad principale lumen quod pater est accessum habuimus. Inaccessibilis enim erat nobis illa incomprehensibilis lux patris, prius quam incarnaretur et homo fieret lux ab eo genita, quae est Christus. Ipso autem humanato, et in nostra natura facto, accessum habemus ad invisibilem patrem. Nam dum intelligimus Christi humanitatem, profecto cognoscimus, quantum datur nobis cognoscere, ipsius, et patris, et spiritus utriusque, abditam divinitatem. Hoc est quod ipse ait:* Philippe, qui me videt, et patrem meum videt. Hoc est, qui me verum Deum et hominem intelligit, ipse patrem meum in me intelligit, quia ego in patre, et pater in me. Et, ego et pater unum sumus.*

* Deest in H. de Sancto.
* Ioh. XIV. 9.
A. f. 9. 9.
* Ioh. X. 30.

11 *In sanctissimorum eloquiorum a patre traditas illuminationes, hoc est in divinas visiones, quas pater nobis tradidit in sanctis scripturis, quantum possibile est adhuc carne circumscriptis, respiciamus.* Aut ut expressius in graeco legitur *ἀνατείνωμεν*, hoc est *nutum interiorem cordis oculorum erigamus.* Hos autem dicit, quoniam ex visionibus propheticis, quas Graeci θεοφανίας appellant, id est *divinas apparitiones,* caelestium virtutum ordinationes et dispositiones, quas hierarchias vocat, maxime humanis mentibus in quibusdam ex sensibilibus rebus conformationibus similibus vel dissimilibus introductae sunt. Et hoc est quod subiunxit: et ab ipsis symbolice nobis et anagogice manifestatas caelestium animorum hierarchias, quantum potentes sumus, inspiciemus, hoc est per ipsas divinorum eloquiorum illuminationes in mentibus prophetarum a Deo traditas, non per se ipsas, verum per symbola hoc est per signa sensibilibus rebus similia, aliquando et pura, aliquando dissimilia et confusa, et per anagogen, hoc est per ascensionem mentis in divina mysteria, contemplabimur, quantum nobis sinitur, manifestatas caelestium intellectuum dispositiones.

12 Et quoniam principium et finis est totius illuminationis invisibilium substantiarum, sive prius in theologorum visionibus, sive posterius in spiritualium re-

rorum motibus, quibus datum est divina nosse arcana, pater luminum, a quo omnia procedunt, et in quem omnia recurrunt; propterea subiunxit: *et principalem et superprincipalem divini patris claritatem*, quae angelorum nobis in figuratis symbolis manifestat beatissimas hierarchias, immaterialibus et non trementibus mentis oculis recipientes, iterum ex ipsa in simplum suum restituimus radium. Intuere quemadmodum processionem divinae illuminationis a Deo patre in nos, et iterum ex ipsa processione claritatis et multiplicationem nostram, restitutionem in simplum ipsius procedentis luminis radium per singulas edocet periodas. Est autem huius periodi * verborum ordinatio: et restituimur iterum, ex ipsa videlicet multiplici datione in simplum ipsius radium, dum recipimus *immaterialibus et non trementibus mentis oculis*, sed spiritualibus et infirmis similis theoriae obtutibus *principalem et superprincipalem, hoc est plus quam principalem divini patris claritatem*, id est ex divino patre datam *illuminationem*, *quae angelorum nobis in figuratis symbolis*, hoc est per formas significativas, *beatissimas manifestat hierarchias*, ac si plane diceret: dum principalem et plus quam principalem ex divina procedentem claritate, intellectuali visu et non vacillantis animi contuitu percipimus, per quam nobis beatissimae angelorum hierarchiae per quaedam symbola manifestantur, iterum per ipsam in simplum eius radium restauramur.

* In hac periodi (?) ... cod.

13. Et attendere quod hic quoque, sicut superius, simplicia pro compositis transtulimus verba. Pro eo enim quod est θεαρχικοῦ πατρὸς, *divini patris*, et φωτοδοσίαν, *claritatem* posuimus. Nam θεαρχικὸς ad purum transferri non potest, nisi per periphrasin. Dicitur enim θεαρχικὸς pater, quia totius deitatis principium est, filii per generationem, spiritus sancti per processionem. Φωτοδοσία vero, id est *luminum datio*, quae specialiter ad patrem refertur, qui omnium luminum dator est. Pro eo itaque quod potest per ambitum transferri me, et principalem et plus quam principalem luminum dationem a patre, qui in deitate principium est, facilius nobis visum, quamvis virtute verborum languat, ponere et principalem et superprincipalem divini patris claritatem, ea ratione ducti quia saepe invenimus apud Graecos pro compositis simplicia. Ipsi quippe pro θεαρχικῷ patre, θεῖον πατέρα, id est *divinum patrem*, et pro φωτοδοσίαν, λαμπρότητα [b], id est *claritatem*, frequentissime ponunt. Quis est autem radius ille simplex paternae claritatis, in cuius conspectum ab ipsa claritate immaterialibus et non titubantibus mentis oculis intellecta reponimur, merito quaeri [c] potest. Et mihi quaerenti nihil probabilius occurrit ad credendum et intelligendum, quam Dei patris Verbum, quod veluti radii ab inaccessibili et invisibili sole, id est patre, in universitatem sensibilis et intelligibilis creaturae, et maxime ac principaliter in angelicos et humanos intellectus diffunditur, implens omnia, perficiens imperfecta, penetrans abscondita, illuminans mysteria, formans visiones in intellectibus sensibus theologorum, aperiens intellectivos virtutes quaerere et intelligere volentium, et se ipsum secundum analogiam uniuscuiusque omnibus in se intuentibus manifestans. Quod ex consequentia sequentis capituli facillime quis potest approbare.

b. L. L. L. (?)

b In cod.

c h. quaeritur

14. Nam sequitur: *etenim neque ipse usquam unquam a propria singulari sua unitate deseritur*, hoc est, ipsa patris luminum claritas per se a nobis ac firmiter intellecta, in simplum suum radium nos restituit. Quoniam ipse radius nullo loco,

nullo tempore a propria et singulari sua unitate, id est simplicitate relinquitur. Quid enim simplicius Verbo Dei, dum per se ipsum in patre suo super omnia cogitatur, quantum se sinit cogitari? Quid eodem multiplicius, dum super omnia quae in ipso et per ipsum facta sunt, expanditur, intellectibusque ipsum volentium numerose distribuitur? Et ne existimes, quod aliud est claritas patris, aliud radius patris; claritas patris, patris est, radius patris, filius suus est, qui patrem clarificavit mundo; qui super omnia uniformis est, et forma omnium, et in omnibus multiformis est, et multiformitas omnium, et maxime in angelicis et humanis mentibus. Et hoc aperte declarat dicens: *ad anagogicam vero et unificam eorum, quae provisa sunt contemperantiam, optime et pulchre multiplicatur et provenit, manetque intra se in incommutabili similitudine uniformiter fixus, et in se quantum fas est respicientes, proportionaliter in se extendit et unificat, secundum simplicem sui unitatem.* Hoc est, divinus radius, quamvis propriam simplicitatem et singularem unitatem suam non deserat, pulchre tamen multiplicatur, et procedit in ea quae provisa sunt, ad eorum anagogicam et unificam contemperantiam, conductionem illam videlicet quae sursum ducit et unificat omnia. Non enim omnia subsisterent, neque ea velut quis diceret, qua ratione, et cur simplex multiplicatur? ad principium suum, quod sursum est, patrem omnium dico, redirent, si non radius ille ineffabilis diffunderetur in omnia, ut subsisterent omnia, et in ipso unum efficerent, atque copularentur mirio. Et dum pulchre multiplicatur et in omnia procedit, manet in se ipso incommutabilis, sui similis, uniformis, fixus, et eos qui in se, quantum fas est, hoc est quantum licet, atque conceditur, aspiciunt, iuxta illorum propriam analogiam in se ipsum extendit, hoc est ad se ipsum erigit, et unificat eos ad similitudinem suae simplicis unitatis. Sed quia ipse radius per se ipsum incomprehensibilis, invisibilis, inaccessibilis est omni creaturae, siquidem sensus omnes omnemque superat intellectus, non potuit omnibus in quibus multiplicatur apparere, nisi per quaedam velamina nobis connaturalia, quibus nos adhuc in hac carne constitutis quoquo modo manifestare valeat. A. I. B.

15. Sequitur: *etenim neque possibile est, aliter nobis lucere divinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum anagogice circumvelatum, et his quae secundum nos sunt per providentiam paternam connaturaliter et proprie praeparatum.* Ac si diceret: paterna providentia et ineffabili divini amoris erga salutem et reductionem nostram ad ea, quae peccando deseruimus, studio radium per se ipsum radium sacris velaminibus iuxta relationes anagogicas circumvelavit. Et ex his quae connaturalia nobis sunt et propria, ut comprehensibilis nobis esset, qui aliter comprehendi non potest, modum quemdam apparitionis praeparavit. De quibus velaminibus, et in hoc libro, qui est de caelesti hierarchia, et in sequenti qui scribitur de ecclesiastica hierarchia, nec non et in tertio de divinis nominibus, affluenter tractatur. Sed si quaeris, pauca de pluribus propter praesentis paschae exercitationem praegustabimus. In hoc itaque libro velamina, quibus divinus circumvelatur radius, et per paternam providentiam propter nos praeparatur, propheticas visiones aiunt, quae per angelicas virtutes in similitudinem rerum sensibilium, infirmitati nostrae adhuc sensibus corporis succumbenti naturaliter congruentium, in theologorum memoria conformatae sunt ad eruditionem nostram, et ab infantilitate nostra,

qua rebus sensibilibus adhaeremus, reductionem per intelligibiles aetates, quibus per actionem et scientiam rationalis anima crescit, donec occurramus in virum perfectum, hoc est in plenitudinem Christi qui est finis perfectionis nostrae contemplationem, ut in ipso et cum ipso perfectissimam adunationem. Itaque et ipsa summa ac sancta Trinitas, et specialiter ipse filius omnesque caelestes virtutes, in quibusdam similitudinibus divinis apparuere prophetis, in humana videlicet effigie, in leo-
A. I. L. A. nina, vitulina, aquilina, equina, diversi coloris, ignea, nebulosa, electrina, fluviali, rotali celeriter currenti, ceteraque quae sensibilibus figuratis symbolis formantur.

16 In sequenti autem libro per sacramenta visibilia et corporalia veteris novique testamenti, ideo Dei radius Verbum caelestesque virtutes propter nos conformari docentur, valde gratia in tabernaculo erat arca testamenti in figura Dei Verbi propter nos incarnati. Erant duo cherubim circa arcam hinc inde solitantes in similitudinem supercaelestium substantiarum, quae circa dominum Iesum Christum aeterno et intelligibili volatu circumvolant. Similiter iterum in templo eadem arca cherubimque erant in eodem typo, ceteraque legalia symbola. In novo vero sacramenta baptismatis (1), et mystica chrismatis, ceteraque quae in figura Christi ponuntur, de quibus tractare nunc et longum est et superfluum, quoniam in secundo expositionis astitantur. In eo vero qui est de divinis nominibus, peripetasmata (2) radii sunt principales et primordiales causae, sicut gratia bonitas, essentia, vita, sapientia, veritas, virtus, et similia. Et ut breviter dicam, omnes species sensibilis et insensibilis creaturae, omnesque allegoriae, sive in factis sive in dictis, per omnem sanctam utriusque testamenti scripturam velamina paterni radii sunt, et ipse radius secundum carnem suam sumsit secundum deitatem maximum velamen est nobisque connaturale.

17 Sequitur: *propter quod et sanctissimam nostram hierarchiam*, τελετάρχις *sacrorum positio, caelestium hierarchiarum supermundana imitatione dignam iudicans, et dictas immateriales hierarchias materialibus figuris, et formalibus compositionibus varificans tradidit.* Ordo sacrorum, propter quod tradidit τελετάρχις *sacrorum positio*, hoc est *teletarchum* (3) *sacerdotum*, et sanctissimam nostram hierarchiam iudicans dignam supermundana imitatione caelestium hierarchiarum, et sanificans dictas materiales hierarchias materialibus figuris et formalibus compositionibus. Et est sensus huiusmodi: quoniam paternus providentia simplicem suum radium per connaturalia nobis velamina multiplicat, ut nos merito peccati originalis dispersos, in pristinam naturae nostrae simplicitatem, in qua facti sumus ad imaginem divinae unitatis revocaret, propterea etiam sanctissimam nostram hierarchiam, hoc est sanctissimum ecclesiasticum episcopatum, ipsa τελετάρχις, *sacrorum positio*, quae graece dicitus τελετάρχις ἱεροθεσία, hoc est τελετάρχη *sacerdotum*, tradidit et constituit. Quoniam iudicavit etiam nostram dico hierarchiam dignam esse supermundana similitudine caelestium episcopatuum, ut ecclesia quae adhuc in pe-
A. I. L. B. regrinatione est huius vitae sparsim per loca et tempora, variotum per diversa my

(1) *Addit* Gussus *altaris*, *calicis*, *vini*, *panis*, *sacerdotum*. Haec ego quinque ofarumalia verba fidelder, etsi hoc recuso, huic adscribo, quae haeresim auctoris contra eucharisticam tenuiplant prodere, quasi ea figura sit Christi, non ipse Christus quam postea deplorandum errorem plurimus verbis pronunciabat.

(2) Sic uterque codex *peripetasmata*, non *parage*. Illud immo latine usurpavit Cicero.

(3) Ita hoc uterque codex. Item infra uterque τελεταρχ

steria, multiplex in doctrina, composita in symbolis caelestium virtutum, in quibus nulla diversitas est, unitatem et aequalitatem possit ascendere, et praedictae hierarchias, id est caelestes essentias dum sint naturaliter immateriales, super omnia loca et tempora, super omnes materiales figuras et formas et compositiones, ad similitudinem nostrae hierarchiae, quae adhuc in terris est, varificavit, hoc est in diversis visionibus et symbolis et allegoriis multiplicavit, et nostrae infirmitati conformavit; quoniam earum simplicitas, et intelligibilis unitas per se ipsam lucere nobis impossibile erat. Τελετάρχις autem ἱερὸν dicitur, hoc est τελετάρχη sacerdotium, est summa sanctaque Trinitas, prima omnium hierarchiarum hierarchia, ex qua omnes hierarchiae in caelo et in terra et factae et ordinatae et traditae sunt.

18 Cur autem summa Trinitas tali nomine, quod est τελετάρχις? Τελετὴ a Graecis dicitur hostia purgatrix omnium peccatorum, per quam de homine efficitur Deus. Ac per hoc sancta Trinitas dicitur unus Deus. Et quoniam causa et principium est totius nostrae purgationis et deificationis, pulchre et rationabiliter τελετάρχις vocatur, hoc est τελετῶν ἀρχή, principium scilicet purgationum et finis, siquidem ἀρχὴ apud Graecos et principium significat et finem. Causa quippe substitutionis nostrae secundum naturam, eadem est causa et sanctificationis nostrae et perfectionis secundum gratiam. Simili ratione eadem summa Trinitas ἱεροθεσία, quasi ἱερῶν θέσις, hoc est *sacrorum positio*, convenienter dicitur. Quoniam ipsa est omnium sacrorum mysteriorum, quibus nostra rationabilis natura eruditur in doctrina, purgatur in actione, illuminatur scientia, deificationis virtute perficitur, primum et immobile firmamentum. Ac veluti quis interrogaverit, cur caelestis substantiae, quas nulla sensibilis forma seu figura circumscribit, nulla partium compositio coniungat per diversas formas figurasque et compositiones, sive intrinsecus visionibus propheticis, sive extrinsecus sensibus corporeis variantur et multiplicantur, subiunxit dicens: *ut proportionaliter nobis ipsis a sacratissimis formationibus in simplas et non figuratas ascendamus altitudines et similitudines.* Hoc est, propterea ad similitudinem nostram caelestes hierarchiae in sacratissimis confinguntur formationibus, ut per eas sanctissimas imagines valeamus ascendere in simplam omnique imaginatione carentem caelestium virtutum similitudinem, ut per omnia in omnibus aequales eis efficiamur.

19 Et hoc etiam ratio subnexa insinuit. Ait enim: *quoniam impossibile est nostro animo ad immaterialem ascendere caelestium hierarchiarum et imitationem et contemplationem, nisi ea quae secundum ipsum est materiali manuductione utatur.* Ac si diceret: nam non potest animus densitatis diversorum delictorum, errorum, falsarum cogitationum, materialium phantasmatum caliginibus undique septus deceptusque ad immaterialem earum caelestium imitationem, hoc est similitudinem, secundum naturam et contemplationem summae omnium causae per theologicam gratiam exaltari, nisi prius introductione materialium rerum, ut ad hoc perveniat, utatur. Deinde quae est in ipsa materiali manuductio *, qua humanus animus ad angelicae naturae et gratiae altitudinem, ut uniformis in aequalitate sublevetur, consequenter subiungit dicens: *visibiles quidem formas invisibilis pulchritudinis imaginationes arbitrans.* Hoc est dum arbitratur et intelligit videt visibiles formas, sive in natura rerum, sive quas in sanctissimis divinae scripturae sacramentis A. f. c. a * B. manuductio.

2

contemplatur, non propter se ipsas appetendas, neque nobis promulgatas, sed invisibilis pulchritudinis imaginationes esse, per quas divina providentia in ipsam puram et invisibilem pulchritudinem ipsius veritatis quam amat, et ad quam tendit omne quod amat, sive sciens sive nesciens humanos animos revocat. Similiter et de ceteris quae sequuntur, intelligendum.

20 *Et sensibiles suavitates figuras invisibilis distributionis.* A superioribus subditur, *arbitrans.* Sensibiles suavitates dicit corporeos odores, quos olfaciendi sensus recipit in figuram invisibilis distributionis. Ut quemadmodum per exteriorem sensum corporum suaves seu insuaves discernimus odorum qualitates, ita in interiora mente intelligibilem virtutum distributionem, per singulas species, discretione virtutis discernamus, easque diligentissima ratione contuitu ab oppositis vitiis, aut eas falsa imaginatione imitari conantibus, segregemus. Hinc est quod et sanctissimum altaris sacramentum, thuris etiam fumigatio in typo intimae virtutum suavitatis, et vitiorum dijudicationis a sacerdotibus conficiuntur ecclesiae. *Et immateriales luculentiae imaginem materialia lumina.* Subaudis similiter a superioribus, arbitrans: in hoc loco pro φωτοδοσίας, id est luminum datione, *luculenter* possumus *materialia lumina,* sive quae naturaliter in caelestibus spatiis ordinata sunt, sive quae in terris humano artificio efficiuntur, imagines sunt intelligibilium luminum super omnia ipsius verae lucis, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum, quae semper et inextinguibiliter in angelicis et in humanis intellectibus ardet.

21 Sequitur: *et secundum intellectum contemplativae plenitudinis pervias sacras disciplinas.* Hic quoque subaudis, *arbitrans* noster animus imagines esse. Subaudis arbitrans septem disciplinas quas philosophi liberales appellant. Intelligibilis contemplationis plenitudinem, qua Deus et creatura purissime cognoscitur, significationem eas astruit. Ipsas autem sacras disciplinas διεξοδικάς nominat, hoc est *pervias,* quoniam intelligentibus eas perviae sunt et planae, vel quoniam quaedam viae sunt per quas ingredimur rerum scientiam. Διεξοδικάς item disciplinas naturae interpre-
A. I. c. 3. tationis decursativas possumus accipere. Ut enim multae aquae ex diversis fontibus in unum fluminis alveum confluunt atque decurrunt, ita naturales et liberales disciplinae in unam eandemque internae contemplationis significationem adunantur, quam summus fons totius sapientiae, qui est Christus, undique per diversas theologicas speculationes insinuat. Et fortassis hoc est quod per psalmistam de beato viro dicitur *: et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Hoc
Ps. 1. 3. est, secut Christus erit, in cuius significationem typicam omnes naturales artes, intra quarum terminos tota divina areoloditur scriptura, concurrunt. Nulla enim sancta scriptura est, quae regulis liberalium careat disciplinarum. *Et adunati ad divina, et ordinati habitus earum, quae hic sunt dispositionum ordines.* Hoc est, omnes ordines dispositionum, quos vel ex natura, vel ex sapientum hominum rationabili inventione et operatione in rebus sensibilibus praesentis huius vitae humanus animus considerat, imagines esse arbitrandi sunt, adunatae et ordinatae habitudinis spiritualis, qua humanus animus incommutabiliter divinis adhaeret virtutibus.

22 Sequitur: *et Iesu participationis ipsam dominissimae eucharistiae assumptionem.* Intuere quam pulchre et expresse asserit visibilem hanc eucharistiam, quam cotidie sacerdotes ecclesiae in altari conficiunt ex sensibili materia panis et

vinit, quamque confectam et sacrificatam corporaliter accipiunt, typicam esse similitudinem spiritualis participationis Iesu, quem fideliter solo intellectu gustamus, hoc est intelligimus, inque nostrae naturae interiora viscera sumimus, ad nostram salutem et spiritualem incrementum et ineffabilem deificationem. Oportet ergo, inquit, humanum animum ex sensibilibus rebus in caelestium virtutum similitudinem et aequalitatem ascendentem, arbitrari divinissimam eucharistiam visibilem in ecclesia confirmatam, maxime typum esse (1) participationis ipsius, qua et nunc per-

(1) Vides memorandum Scoti errorem, de quo non jam dicere coepimus p. 8. adn. 1, nec non in serie fonte part. 2. §. Cfr. quoque Sandin. [illegible] omnes nihil consilia perfidiose et versutiae, et omnes tale [illegible] nec non pontifices maximi Nicolaus I et II ac Leo IX. Ipse tamen Scotus [illegible] de manifesta [illegible] docte [illegible] tamen pergit in codice [illegible] contra totius ordinem sensum scribere: « Quid ergo ad haec magni theologi Dionysii praeclarissimam tubam respondent, qui visibilem eucharistiam nil aliud significare praeter se ipsam volunt asserere? dum clarissima tuba proclamet, non illa sacramenta visibilia colenda, neque pro veritate appetenda, quia significativa veritatis sunt, neque propter se ipsa inventa, quoniam in ipsis nulla intelligentiae non est, sed propter incomprehensibilem veritatem virtutem, quae Christus est, in unitate divinae humanaeque suae substantiae ultra omne quod est sensibile corporaliter, supra omne quod virtute percipitur intelligentiam Deus immutabilis ubique totus natus. » Ecce tamen quid Scoto pronomini respondeat etiam theologus Hugo de S. Victore in sua Dionysii explicatione, ad ipsum interpretem Scoti tractam Opp. ed. rothom. T. I. lib. II § 442 (et ed. S. I. 14) qui utpote Scotigenae quoque commentarium in man. ac legens [illegible]. Prolixius est Hugonis tractus, sed tamen a nobis necessario recitandus. Sic igitur Hugo.

« Ecce hic tanguntur, quod quidam ex hoc loco sententiam erroris sui ducere potuerunt, dicentes in sacramento altaris veritatem corporis et sanguinis Christi non esse, sed imaginem illius tantum et figuram, propterea quod scriptura (Dionysii) dicit: Et quod in eucharistia altaris sumitur, imaginem esse illius, quod in parte potiore Iesu percipitur. Qui profecto in Deum errorem suum [illegible] laudarent, et vel sacramento Dei verius et humili fide conciperent, aut scripturas verum commune intelligentia tractarent. Nunc autem quia in sacramento Dei sumere omne fidei praeferunt, et in scripturis sacris [illegible] formam tenere contemnunt; fit ut ipse sensu verborum amplius non caligare faciat, dum non recta intellectione [illegible] pro veritate miserunt etc. Hic autem perfectione [illegible] manifestis sententiis et assertionibus non dubie [illegible] sed ambigue proferentur et in quo magis non dicimus quam veritatem eligentes non quia hoc ibi magis dicitur, sed quia hoc ibi illis magis credendum. Quid enim? numquid ideo sacramentum altaris veritas non est, quia figura est? etc. Quare sacramentum altaris similitudo esse non potest, et veritas? In alio quidem similitudo, in alio veritas. Nam cum unum sit sacramentum, tria ibi discreta proponuntur, species scilicet visibilis, et veritas corporis, et virtus gratiae spiritualis. Aliud est enim visibilis species quae visibiliter cernitur, aliud est veritas corporis et sanguinis quae sub visibili specie invisibiliter creditur, atque aliud gratia spiritualis quae cum corpore et sanguine invisibiliter et spiritualiter percipitur. Quod enim videmus species est panis et vini; quod autem sub specie illa credimus, verum corpus est et verus sanguis Christi qui pependit in cruce, et qui fluxit de latere. Nec per panem et vinum, corpus et sanguinem tantum significari; sed sub specie panis et vini, verum corpus et verum sanguinem consecrari. Et speciem quidem visibilem, sacramentum esse veri corporis et veri sanguinis; corpus autem et sanguinem, sacramentum esse gratiae spiritualis. Et sicut species illic cernitur, cuius res vel substantia ibi esse non creditur, sic res ibi vere veraciter et substantialiter praesens creditur, cuius species non cernitur. Videtur enim species panis et vini, et substantia panis et vini non creditur. Creditur autem substantia corporis et sanguinis Christi, et tamen illius species non cernitur. Quod ergo videtur secundum speciem, sacramentum est et imago illius quod creditur secundum corporis veritatem; et quod creditur secundum corporis veritatem, sacramentum est illius quod percipitur secundum gratiam spiritualem. Sacramentum ergo altaris et eucharistia divina in vero corpore et sanguine Domini nostri Iesu Christi, et imago est secundum speciem panis et vini, in qua cernitur; et res est secundum substantiam suam [illegible] latens, in qua creditur illis atque percipitur. Et rursum quod nunc visibiliter secundum speciem sumimus, et corpore [illegible] secundum carnis et sanguinis veritatem Christum in altari sumimus, sacramentum est et imago [illegible] ipsius eundem invisibiliter et spiritualiter [illegible] gratiae infusionem et spiritus participationem in corde sumere debemus. Ergo divinissima eucharistia, quae in altari et sumitur secundum speciem panis et vini, et secundum corpus et sanguinem Christi veritatem visibiliter et corporaliter tractatur, sacramentum est et signum et imago invisibilis et spiritualis rei, quae intus in corde per fidem ad dilectionem perficitur, etc. Virtus ergo et plenitudo spiritualis refectionis, quae in corpore et sanguine Christi est, per speciem quidem panis et vini significatur, in perceptione autem gratiae et infusione internae refectionis perficitur. Et sic quidem cum tria in uno sint, in primo quidem signum invenitur secundum, in secundo autem causa [illegible], in tertio vero virtus sacramenti et veritas [illegible]. Et haec tria in uno sunt, et nomen sacramenti Christi [illegible] quod divinissima eucharistia assumpta sacramentum est et imago participationis Iesu, quia hoc quod sine sacramento visibiliter percipimus, alterum est quod et spiritualiter et invisibiliter sumere debemus. Ipsa autem eucharistia [illegible] nobilior [illegible] nomine divinissima vocatur, quoniam divinos facit et participes divinitatis eos qui ea participant, ac quia ipsa signum est et veritas, in qua vere caro Christi sub specie panis sumitur, et in carne etiam digne sumpta ipsius etiam divinitatis [illegible] et participatio et consortium conferetur. Propterea dignissima est et omnium, et sanctissima sanctificantia omnia et sancta. »

Hactenus haud sane minore subtilitate ac perspicacitate Hugo, quem sui aequales alterum Augustinum appellabant. Quae praeterea [illegible] etiam sunt dicta veterum [illegible], alicubi sacra symbola aut sacra aenigmata in re eucharistica nominant.

intuemur Iesum per fidem, et in futuro participabimus per speciem, eique adunabimur per caritatem. *Et quaecumque alia caelestibus quidem essentiis supermundane, nobis vero symbolice tradita sunt.* Hac brevi sententia beatus Dionysius docet nos incunctanter non solum humanos animos adhuc in carne detentos per sensibilia symbola, verum etiam angelicos intellectus, omni carnali gravitate absolutos, A. I. 1. a. per invisibiles significationes, quas theologia theophanias nominat, ipsam veritatem B. marg. conc. ad cyrill. cognoscere, quoniam per se ipsam nulli creaturae, seu rationali seu intelligibili, comprehensibilis est, super omnem sensum et intellectum exaltata, et omni visibili creaturae remota. Ideo supermundane inquit, hoc est super omnes sensibiles huius mundi species caelestibus essentiis apparere veritatem, nobis vero per sensibilia symbola: neque enim angeli cognoscunt per se, quid sit Deus, vel quid sit veri- B. marg. tion. vers. tas, hoc enim ab omni creatura remotum est, sed solummodo cognoscunt se esse, et veritatem superessentialiter esse, et ab ipsa omnia procedere.

23 *Propter hanc ergo nostram connaturalem θέωσιν, misericors perfectionis principium, et caelestes hierarchias nobis manifestans, et comministram earum perficiens nostram hierarchiam, ad virtutem nostram similitudine deiformis suae sanctificationis, sensibilibus imaginibus supercaelestes descripsit intellectus in sacroscriptis eloquiorum compositionibus, ut nos reduceret per sensibilia intellectualia, et ex sacrefiguratis symbolis in simplas caelestium hierarchiarum summitates.* Ἀνακεφαλαίωσις, id est recapitulatio est totius capituli, quod levissimam exigit explanationem, quoniam in praedictis est exposita. Breviter ergo possumus intelligere sic. Propter hanc nostrae naturae connaturalem et coaequalem angelicae naturae θέωσιν, hoc est deificationem, misericors et clementissimum perfectionis principium (nam φιλανθρωπίαν quidam vertunt in misericordiam, quidam in humanitatem, hoc est humanitatis amorem, quidam in clementiam; φιλάνθρωπος autem misericors, vel humanus, vel clemens Deus est, et ipse est τελεταρχία, hoc est perfectae purgationis initium) caelestes nobis hierarchias manifestat, et iuxta sectam illarum, nostram ἱεραρχίαν perficit, iuxta possibilitatem naturae nostrae virtutis. Per similitudinem angelicae substantiae deiformis suae sanctificationis qua nos sanctificat et per sensibiles formas divinos descripsit intellectus, divinorum eloquiorum typicis configurationibus, ut nos reduceret per ea quae sensibus succumbunt, in ea quae intellectu solo considerantur, ut per singula figurata, in simplam caelestium virtutum excelsitudinem subveheret. Ipsa igitur sancta Trinitas, nostra θέωσις est, hoc est deificatio. Deificat enim nostram naturam, reducendo eam per sensibilia symbola in altitudinem angelicae naturae, et deificans eam in his qui ultra omnia in ipsum Deum transeunt. Ipsa est nostra τελεταρχία, hoc est perfectissimae nostrae purgationis et sanctificationis exordium: ipsa est prima et summa hierarchia. Nullus enim in caelo vel in terra, hoc est in illa publica civitate, quae sub cultu unius veri Dei ex rationabili et intelligibili, hoc est ex humana et angelica natura, constituitur ordo, cuius ratio non praecedat in ipsa, et ab ipsa non procedat, a summo usque deorsum, vel in ipsam non revocetur a deorsum usque ad sursum. Ipsa nobis manifestat virtutes in figuris ac formis nostrae infirmitati congruenti- A. f. e. b. bus, ut per eas veluti per quosdam gradus, quos in divinis instruxit eloquiis (facta dico patriarcharum, evangelicas parabolas, omnesque virtutes quas Dominus in carne

peregit, visibilia sacramenta novae legis quae ab ipso Domino et inchoata et mystificata sunt, et a sanctis apostolis frequentata et celebrata et aucta), consecutimus actionis et scientiae gradibus, divina gratia nos ducente, adiuvante, cooperante, donec perveniamus aequaliter cum angelis in simplicissimam puramque incommutabilis veritatis speculationem. Sed fortassis prolixius, quam res exigit, primum capitulum exposuimus. Quanta tamen in sequentibus aperiat, studiosus lector, ni fallor, inveniet.

EXPLICIT TRACTATUS DE PRIMO CAPITULO

INCIPIT DE SECUNDO

1 Secundi capituli ἐπίγραμμα est: *quoniam pulchre divina et caelestia etiam per dissimilia symbola manifestantur.* Divina, inquit, et caelestia, hoc est caelestes virtutes theologi in tres dividunt hierarchias, sicut in proemio praesentis operis declaravimus. Pulchre per symbola, quamvis ea dissimilia sint, manifestantur nobis et significantur. Nulla siquidem sensibilis species est, quae omnino intelligibilium similitudinem assequatur. Longe enim a se discrepant, et penitus dissimilia sunt, quae sensu corporeo extrinsecus, vel quae phantastice interius apparent, ut sunt visiones sive somniationes, seu mentis excessum, quem Graeci ἔκστασιν vocant, patiantium in spiritu, et ea quae puro et intimo mentis contuitu, nulla phantasia seu sensibili specie interposita, per se ipsa intelliguntur. At vero quoniam noster animus, ut superiori capitulo dictum est, ad ipsam intimam intelligibilium rerum speculationem non continuo, nulla mediante interpedine, potest ascendere, pulchre divina providentia dissimilia symbola interposuit, similia quidem nobis adhuc corporeis sensibus detentis, dissimilia vero puris intellectibus, ad quorum contemplationem per illa noster ducitur intellectus. *Oportet igitur, ut aestimo, primum exponere, quam quidem esse speculationem omnis hierarchiae aestimemus.* Hoc est, ordo rerum exigit, ut arbitror, prius quam ad expositionem (veniamus) dissimilium symbolorum, per quae ad purum caelestium virtutum visionem animus introducitur humanus, primum explanare qualem speculationem, id est qualem definitionem, iudicamus esse omnis hierarchiae, id est universalis hierarchiae.

2. Est enim generalis hierarchia, quam generaliter oportet definiri, quoniam subdividitur in multas hierarchias, quae veluti species ipsius sunt, suasque speciales definitiones habent, et quid ipsam unamquamque species generalis hierarchiae divinae profert laudatoribus, hoc est qualem et quantam pulchritudinem contulit his qui per eam et in ea divinas laudes frequentant actione et scientia. Deinde caelestes hierarchias laudare secundum ipsarum in eloquiis manifestationem, inferiores a superioribus, oportet. Ac si diceret: post generalis hierarchiae eiusque formarum et specierum et utilitatis uniuscuiusque earum divinae laudatoribus, hoc est his qui divina canunt interiore et exteriore laude speculationem, consequenter oportet caelestes hierarchias laudare, glorificare videlicet et praedicare iuxta sua divini eloquii symbola, per quae quamvis dissimilia sint, nobis manifestantur, consequentibusque his dicere qualibus divinis formationibus caelestes figurant ordines, elo-

quorum sacrae descriptiones. Dum haec, inquit, quae praediximus, consequenti naturalique ordine fuerint considerata, oportet dicere quales divinas formationes sanctorum eloquiorum sacra descriptio, hoc est sancta formarum assimilatio ad caelestes ordines significandos figurant atque conformant, utrum absolutae sint, et a se invicem naturalibus differentiis discretae, ut est hominis effigies seu leonis seu aquilae, an diversis naturalium rerum imaginibus una quaedam mixta et composita imaginatio sit, ut rota in rota, mixta quoque quatuor animalium sibi invicem in singulis connexa.

3 Sequitur *Et ad qualem oportet ascendere per formae varietatem*, vel ut expressius transferri potest per figmenta in non figmentum, consequens est, inquit, dicere ad qualem et quam puram et sinceram intelligibilium rerum veritatem, omni figmento carentem, oportet nos claro mentis contuitu ascendere, et qua ratione debemus tam alte ascendere. Sequitur *Ut non et nos eodem modo velut multi immunde existimemus caelestes et deiformes animos multipedes esse quosdam et multorum vultuum, et ad boum pecualitatem, aut ad leonum bestialem imaginationem formatos, et ad aquilarum curvo rostro speciem, aut ad volatilium tripertitam alarum commotionem effiguratos.* Ea ratio est, inquit, quae nos admonet ultra omnes propheticas visiones et formationes mentis contuitu supervolitare, ne et nos eodem modo sicut et multi carnaliter spiritualia cogitantes, et ultra ea quae sensu corporeo percipiunt, nihil esse immundis suis cogitationibus putantes, existimemus similes illis facti, caelestes et deiformes angelicarum virtutum animos, quosdam quidem multos pedes naturaliter habere, dum membrorum compage corporibusque omnino carent; quosdam vero multas species simul commixtas, cum omni specie visibili sive discreta sive confusa absoluti sint; quosdam in effigie boum irrationabilium; quosdam in imagines ferocium leonum; quosdam in specie aquilarum, quarum naturale proprium est rostri curvatura; quosdam sex alas habere volatilia, quarum triformis distributio est. Et una quidem in duas, vultum animalis velantes, altera in duas, eiusdem animalis pedes tegentes, tertia in duas, sursum semper expansis pennis volantes. Haec enim sunt dissimilia symbola in propheticis visionibus, in corum prophetarum spiritu e ministratione angelica plasmata, ad nostram eruditionem et introductionem ad purissimas caelestium essentiarum in semet ipsis,

A. E. I. O. remota omni phantastica plasmatione cognitioneque, prophetica figmenta si quis incaute cogitaverit, ita ut in eis finem cognitionis suae constituat, et non ultra ea ascendat in contemplationem rerum intelligibilium, quarum illa imagines sunt, non solum ipsius animus non purgatur et exercitatur, verum etiam turpissime polluitur et stultissime opprimitur. In quibus autem prophetarum talia visiones leguntur, superfluum est narrare, quoniam omnibus sanctae scripturae peritis luce clarius occurrunt.

4 Sequitur *Et rotas quasdam igneas super caelum imaginemur, et thronos materiales donatos ad recubitum necessarios, et equos quosdam multicolores, et armiferos archistrategos, et quaecumque alia ex eloquiis nobis sacre et formabiliter in varietate manifestatorum symbolorum tradita sunt.* In omnibus his periodicelis, dum sit tetracolon, a superioribus aperitur intellectus sic: et ut non imaginemus rotas igneas super caelum, hoc est in supercaelestibus essentiis, ubi nul-

lis igneis sensibilibus esse; et ut non imaginemur ibidem thronos materiales, hoc est sedes ex corporali materia fabricatas ad receptionem divinitatis necessarios, vel ut expressius transfertur *opportunos* vel *coaptatos*; et ut non imaginemur in supercaelestibus equos quosdam diversorum colorum, et ut non imaginemur in spiritalibus naturis armiferos archistrategos, hoc est sempiternos duces principum exercitus. Archistrategus enim dicitur quasi ἀρχὴν τοῦ στρατοῦ ἡγεμών, quod est principum exercitûs dux. Quo nomine significantur caelestis exercitûs principum duces. Non igitur solummodo principes caelestis militiae sunt, sed etiam ipsorum principum duces. Ne igitur talis imaginatio tam inepta et proterva nostris subreperet intellectibus, super omnia visibilia veritati rerum intelligibilium dissimilia symbola, ne pro ipsis intellectibus, quorum symbola sunt, quasi ipsa sint accipiantur, oportet ascendere, fictaque ex veris segregare.

5. Sequitur. *Etenim valde artificialiter theologia facticiis sacris formationibus in non figuratis intellectibus visa est, nostrum ut dictum est animum relevans, et ipsi propria et connaturali reductione providens, et ad ipsum reformans anagogicas sanctas scripturas.* Siquidem, inquit, multum artificiose theologia, illa videlicet virtus, quae naturaliter humanis inest mentibus, ad divinas rationes quaerendas, investigandas, contemplandas, amandas, facticiis hoc est fictis sanctis imaginationibus ad significandos divinos intellectus, qui omni figura et forma corpta et sensibili carent, visa est. Tali namque arte fictarum imaginum animum nostrum relevans, vel ut expressius transferri potest, *animo nostro consulens*, ipsaque enim propria et connaturali reductione, quae videlicet ingeniose imaginibus rerum sen- A. t. s. s.
sibilium formatur, quae nobis adhuc in carne constitutis connaturales propter delicta nostra sunt, providens ad se ipsum, hoc est ad ipsam animi reductionem sanctas scripturas anagogicas, sursum scilicet animum ducentes, conformavit. Ac si aperte diceret: quemadmodum ars poëtica per fictas fabulas allegoricasque similitudines moralem doctrinam seu physicam componit ad humanorum animorum exercitationem, hoc enim proprium est heroicorum poetarum, qui virorum fortium facta et mores figurate laudant, ita theologica veluti quaedam poëtria sanctam scripturam fictis imaginationibus ad consultum nostri animi et reductionem corporalibus sensibus exterioribus, veluti ex quadam imperfecta pueritia in rerum intelligibilium perfectam cognitionem, tamquam in quandam interioris hominis grandaevitatem, conformat. Non enim humanus animus propter divinam scripturam factus est, cuius nullo modo indigeret si non peccaret, sed propter humanum animum sacra scriptura in diversis symbolis atque doctrinis contexta scilicet est, ut per ipsius introductionem rationabilis nostra natura, quae praevaricando ex contemplatione veritatis lapsa est, iterum in pristinam purae contemplationis reduceretur altitudinem.

6. Sequitur. *Sicut autem videtur sacras quidem recipi compositiones, tamquam simplicium in se ipsis ignotorum, quae nobis et incontemplabilium subsistentium inconvenientes vero aestimat, sanctorum intellectuum in eloquiis sacras descriptiones.* Post quam reprehendit eos, qui divina symbola divinasque imaginationes, quibus sancta scriptura propter nos confecta est, carnaliter et turpiter accipiunt, existimantes ipsa symbola ipsasque imaginationes nec imaginationes esse nec symbola,

sed ipsas supercaelestes virtutes per se ipsas in suis propriis naturalibusque formis, quae a conditore omnium factae sunt, in spiritibus apparuisse propheticis, ita ut nullum in ipsis apparitionibus mysticum et allegoricum sequeretur, sed veluti nuda quaedam et simplex historia rerum naturaliter factarum, convertit se perspicax magister et agit adversus eos qui non negant sed plane arbitrentur sanctas compositas formationes divinae scripturae in figura simplicium substantiarum, quae per se ipsas incognitae et incontemplabiles nobis sunt, recipiendas et intelligendas esse, inconvenienter autem arbitrantur tales descriptiones sanctorum intellectuum in sanctis
A. I. 5. b. eloquiis fieri. Aiunt enim non oportebat theologos, hoc est divinos prophetas tam inhonestas et confusas longissimeque distantes sanctorum intellectuum veritate sacris litteris commendare descriptiones. Proprie autem descriptio dicitur formarum imaginatio, similima his quorum descriptio est, nec eis in spiritibus eorum apparere debere. Et ad hoc ducuntur, ut per descriptiones divinae scripturae non sanctos intellectus accipiendos, verum etiam quosdam humani animi rationabiles motus, si descriptiones honestae sunt, quosdam vero irrationabiles, si turpes atque confusae, de moribus nostris omnia interpretari conantes.

7 Si itaque, inquit, alicui videtur, multis in uno conformans sacras compositiones non propter se ipsas recipi debere, sed propter quaedam simplicia nobisque incognita et invisibilia, sanctis autem intellectibus omnino non convenire adhuc dicens: *et omne sic dicere durum hoc angelicorum nominum theatrum*, hoc est ut ei videtur videtur de sacris compositionibus sic dicendum omne hoc angelicorum nominum theatrum et inconveniens est sanctis intellectibus, et plus theatrica et monstruosa figmenta quam supercaelestium essentiarum significativa iudicanda sunt. Angelicorum autem nominum dicit, hoc est angelicarum imaginum nominibus praetitulatur. Et debuisse ait theologos ad corpoream facturam universaliter incorporalium veritates, proprias et quantum possibile cognitis reformare et manifestare figurationibus ex apud nos pretiosissimis et immaterialibus quodammodo et supereminentibus essentiis. Et si ille, inquit, qui sanctae scripturae imaginationes sanctis intellectibus angelicis inconvenientes esse existimat, theologos perfectos videlicet dum ex altitudine divinae contemplationis descendunt ad corpoream facturam, corporibus videlicet similem, universaliter incorporalium, hoc est omnium incorporalium virtutum, valentes in quibusdam similitudinibus rerum sensibilium quod sensum superat significare debuisse, ea incorporalia scilicet propria et quantum possibile eis theologis esset cognitis, hoc est connaturalibus figurationibus formare. Valet enim, re, et in hoc loco, et pro formare, reformare posuit. Formare quidem potuit in spiritibus suis, in quibus primordialiter velut invisibiles angelicarum virtutum species administratoriarum divini motus figurantur. Praeterea vero manifestare divinis videlicet scripturis ad nostrum animum erudiendum mundi re, non ex vilibus materialium rerum formis, verbi gratia, hominis, leonis, ceterorumque spectabus animalium quae de terrena humidaque ac fragili materia condita sunt, non ex his inquam theologi debuissent incorporalium similitudines facere. Ipsas siquidem prophetis deputat visiones, quas angeli in spiritibus eorum describunt, sed ex his quae nos existimamus pretiosissima ac velut immaterialia, ex aetherea videlicet igneaque natura atque caelesti, quae supercaelestibus substantiis proxima atque vicina est,

in tantum ut non immerito species vocitetur, quoniam incorporalibus non incongrue spiritibus similis est. *Quomodo et supereminentibus essentiis*, vel ut expressius A. f. 14. a.
transfertur, *quomodo et supereminentium essentiarum* eo scilicet modo, quo supereminentium essentiarum imagines fieri oportet.

8. Propterea sequitur: *et non caelestibus et deformibus simplicitatibus terrenas novissimas circumpositas multiformitates.* Debuerat enim caelestia per caelestia, deformes per summas huius mundi naturas, simplicitates simplicium per simplicia elementa significare. *Hoc quidem et nostrum sublimius futurum esset.* Veluti diceret: si hoc theologi fecissent, id est si ex sublimibus huius mundi naturae sublimes imaginarent intellectus, futurum esset profecto nostrum animum sublimius in cognitionem rerum intelligibilium exaltari. *Et supermundanas manifestationes non deduceret in inconvenientes dissimilitudines*, vel ut expressius potest transferri in obscuras dissimilitudines; hoc est non solum esset futurum sublimius animum nostrum ascendere, insuper etiam supermundanas manifestationes, hoc est supermundanarum virtutum imaginationes non deduceret in incongruas et tenebrosas dissimilitudines. Sequitur: *Hoc etiam in divinas integritates non iniuriam faceret virtutes.* Hoc ipsum, inquit, quod dixi debere theologos describere, non faceret iniuste divinarum virtutum iniuriam. Quae enim maior iniuria est, quam ut quis caelestes terrenis, divinas mortalibus, simplices compositis imaginibus signet intellectus? *Et neque nostrum non seduceret animum in immundas sese inserentem compositiones.* Ac si diceret: et id ipsum etiam non deciperet nostrum animum qui promptus est se ipsum inserere in immundas compositiones. Immundas autem dicit compositiones, aut quia ex animalium similitudine fiunt, aut quia mixtim ex diversis formis diversorum animalium componuntur, vel certe quia ex immundis in lege et ad verecundiam prohibitis bestiis, ut sunt leones et equi, imaginantur. *Et fortassis etiam existimabuntur supercaelestia leoninis quibusdam et equinis multitudinibus replere, et mugitiva laudum oratione, et volatile angelorum principatu, et animalibus aliis, et materiis ignobilioribus, tanquam ad inconsequens et ignobile et passibile reclusa, describendo per omnes deformes clare manifestatorum eloquiorum similitudines.*

9. Hoc fortassis etiam gravius est. Ab his, qui terrena solummodo sapiunt, et caelestia penitus ignorant, aestimabuntur theologi supercaelestia non imaginibus sed veris leoninis veraque equorum multitudine replere, et mugientium boum ὑμνολογίας, pro quo transtulimus *laudum oratione*, est enim hymnologia ὑμνολογία, hoc est laudum oratio, vel laudatoria oratio. Quasi in supercaelestibus sint boves qui naturali mugitu Deum laudare possint, ac veluti ibi sint principatus an- A. f. 15. b.
gelorum, volatilium naturaliter formis circumscriptorum, animaliaque alia diversigena, ignobiles quoque materiae, quae de terra nascuntur, fortassis existimabuntur habitare supercaelestia, quod valde abominabile est ab homine cogitari, tanquam ad id quod inconveniens est caelestibus habitatoribus, et ad id quod ignobile * * lic cod.
et passibile est, vile videlicet et mortale, exclusa hoc est patefacta sint supercaelestium virtutum habitacula describendo. Id est dum theologi describunt per omnia deformes, vel ut expressius transfertur, per omnia dissimiles similitudines in manifestatoriis clare eloquiis, hoc est in divinis eloquiis, in quibus clare et aperte

non ipsi per se supercaelestes intellectus, sed eorum similitudines manifestantur. Ac per hoc ne tales carnales animos desperent, non debuere theologi per tam viles vilium rerum imagines in visionibus suis caelestes virtutes figurare. Hactenus ex persona reprehendentis theologos in divinis descriptionibus.

10. Nunc autem convenit eum magister dicens: *sed veritatis, ut aestimo, inquisitio ostendit eloquiorum sacratissimam sapientiam, utrumque valde providisse, ita ut neque in divinas sic formas diceret quis iniuriam faceret virtutes, neque nos in viles passibiliter infigeret imaginum humilitates.* Ac si diceret: non ita est, ut tu falso quicumque esse propheticas reprehendis visiones, sed sicut existimo et non fallor, veritatis inquisitio et inventio apertissime intendit sacratissimam sapientiam divinorum eloquiorum, dum caelestium virtutum formas describit. Haec dum bene providisse in divinas sic formas diceret quis, sicut ego dico, et omnis qui cumque recte intelligit, contumeliam faceret virtutes, neque animum nostrum passibiliter detineret in visibilibus humilibusque divinorum imaginum descriptionibus. Siquidem in quantum viles ex vilibus, humiles et humilibus terrenisque animalibus imagines divinarum virtutum mystice finguntur, in tantum ipsae virtutes et laudentur et extollantur. Nulla enim maior laus est, eisque ex contrariorum comparatione assumitur; vel certe divina per angelos administratio in visionibus propheticis non in materiales terrenasque species, sed earum caelestes et spirituales rationes contemplata est. Saepe enim videmus in visionibus animalium, fruticum, herbarum speciebus, quam in pulchrioribus, maiorem virtutem sapientiam laudare. Quid enim vilius est grano sinapeos, aut quid pretiosius virtute illius? quandoquidem et catholicae fidei nec non et ipsi Christo comparatur, ut evangelica docet parabola.

Sequentia usque ad finem C. II exstant in solo Codice B. f. 11 b. 11. * Hae dicet inter compositiones et descriptiones, quod compositiones sunt imaginum formationes, quae cum mont angeli ut nostris obtutibus se offerant, veluti cum legimus de Zacharia, quoniam apparuit ei angelus Domini stans a dextris altaris incensi, nec dictum est in cuiusmodi forma apparuit. Descriptiones vero sunt, quando ipsarum imaginum species vel actiones describuntur, ut cum Isaias de seraphim dicit: sex alae uni et sex alae alteri: duabus velabant faciem eius, et duabus velabant pedes eius, et duabus volabant. Descriptio enim est, ubi legimus: vidi angelum fortem descendentem de caelo, amictum nube, et iris in capite eius et facies eius erat ut sol, et pedes eius tamquam columna ignis, et habebat in manu sua libellum apertum. Hanc ergo et huiusmodi descriptiones praesens doctor approbans, contra eum qui turpes iudicabat eas, nunc loquitur. *Si cui autem videtur,* inquit, *congruum sacras caelestium animorum compositiones recipi et approbari, tamquam amplexum in se ipsis, ignotorumque nobis et incontemplabilium* etc. Eorum quippe natura non est composita ex carne et anima sicut nostra est, sed simplex subtilis existit, et ignota est nobis, vel invisibilis per se ipsam; quae enim videntur, temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna. Unde constat eos (animos) non in propria posse videri substantia. Quoniam purus intellectus spiritualis substantiae verbis carne editis exprimi non potest, elegit doctrina sapientiae per quasdam corporeas similitudines innuere divina et caelestia, sicut et Rachel maluit ex viro et ancilla suscipere, quam sine filiis prorsus remanere. Nam illa Rachelis ancilla symbolorum et similitudinum typum tenet, unde et Bala nominatur,

quod interpretatur *inveterata*, de exteri quippe ista carnalibus sensibus dedita est, quod semper cogitantis imagines tunc cum aliquid de spirituali substantia audit. Et ob hoc theologia vestis apud nos utitur nititur, coaptans se nostrae parvitati, quatenus ex cognitis ignota discamus.

12 Si quis ergo putat accipi debere figuratas imaginum compositiones, incongruentes vero iudicat descriptiones ipsarum, quia turpes et deformes ex maxima parte, decipit; cum ipsae descriptiones non minus sint necessariae quam compositiones ad seducendum intellectum invisibilium. Et si putat *theatrum angelicorum nominum*, id est sculpturam monstrum, quae angelorum imagines angelicis appellat nominibus, omne quod de angelis materialiter loquitur, *dicere sic durum est*, id est sic absurdum, ut sine mystico intellectu talis de divinis et deiformibus essentiis realiter asserat. Theatrum autem dicitur ab eo quod est θεωρῶ, id est contemplor, quia ibi ludos aspiciebant: et sicut in theatro ficte cernebantur personae quae ludos agebant, ita in eloquiis descriptiones et formae angelorum non sunt verae ipsorum substantiae, sed quaedam umbratiles virtutum eorum similitudines. Non enim lex est eadem quod veraciter tales sint in essentia propria, quales apparent in assumpto schemate. In hoc quoque fallitur. Sed ait *theologos debuisse venire ad corporeum facturam omnino incorporalium*, id est caelestium animorum, et ea quae sic incorporea sunt, debuisse reformare, id est secundum quasdam resolutiones invenire et manifestare *proprias et cognatas*, id est similibus sibi et paene consubstantialibus figurationibus, ut scilicet angelicis virtutibus adhiberent formas et omnium quaedam caelestia et pulcherrima, ex iis quae sunt apud vel supra nos pretiosissima et quodammodo immaterialia ac supereminentia, sicut sol et luna et stellae. Nimis enim subtilius ceterorum est, et aliquid immaterialitatis habent. Caelum enim istis oculis conspicuum, unde luminosa et sidera affulgent, excellentius est utique omnibus elementis composite, sicut oculorum sensus excellit in corpore. Caelum igitur et caelestia supereminentia mentis est. Quia vero spiritus omni est corpore sine dubitatione praestantior, consequens est, ut cui loci proportione sed naturae dignitate, praestantior sit natura spiritualis isto corporeo caelo, etiam illa ubi corporalium rerum exprimuntur imagines. Nam ut de nostro loquamur spiritu, spiritus vocatur non omnino anima, sed aliquid ipsius, id est vis animae menti infusa, ubi corporalium rerum imagines et similitudines exprimuntur. Debuissent ergo theologi, sed inquirens quis fortasse diceret, angelicos intellectus quando de eis agunt informare et manifestare pretiosissimis descriptionibus, ut imagines eorum similes essent soli aut stellis aut rebus huiusmodi, et caelestibus, et deiformibus simplicitatibus, id est spiritualibus angelorum speciebus. Quae deiformes et simplices sunt, non debere esse compositas, terrenas, novissimas, multiformitates, id est multiplices terrenarum rerum species.

13 A principio versus usque huc pendent rationes. Si hoc, inquit, ita aliquis astruet, sublimior hoc intellectu atque rectior et fortior esset sanctio nostra, non quod laudat inepte suorum doctorum, sed quoddam in sua locutione temperamentum ponit, cum non iam ei opus eo impugnare ulterius. Ait ergo: si quis hoc ita sentiret vel assereret, hoc idem nobis esset *futurum sublimius* et excellentius etiam *nostrum*, subaudi illud dictum vel aliquid huiusmodi, ut praesens tra- A. 1. a. a.

ctatio in hoc significaretur, quod sit *nostrum*. Ergo nostrum sublimius et magis praecellens futurum quam illud eluctetur quod supra dictum est. *Et supermundanas manifestationes non deduceret in inconvenientes dissimilitudines*, sicut ille qui superius nescio quid loeis earum angelicis spiritibus volebat circumponere, quae vilia et nihil significantia. Hoc etiam id est in ea sententia *non faceret iniuriam in divinas virtutes*. Id est si quis ita non de Deo mystice loqueretur, ut aliquid terrenum et temporale interponeret, nec ei faceret iniuriam. Similiter *iniuste* est. Quod si iniustum esset ita dicere de angelis, iniustum esset et de Deo. Sed nec de Deo nec de angelis iniurimum est sic figurate loqui *et neque nostrum non seduceret animum in immundas se inserentem compositiones*, ut hic patet angelorum esse substantiam, quam apparet in formis visibilibus. Sequitur: *Et fortassis etiam aestimabuntur supercaelestia leoninis quibusdam* etc. Absit tam perversa opinio ab eorum sensibus qui ad angelorum societatem suspirant, ut angelos tales putent. Cavendum est enim ne figuratam locutionem ad litteram accipias. Et ad hoc pertinet quod ait apostolus: littera occidit, spiritus autem vivificat. Cum enim figurate dictum sit, accipitur tamquam proprie dictum sit, carnaliter sapitur, nec ulla mors animae congruentius appellatur, quoniam cum id etiam quod in ea brutis antecellit, hoc est intelligentia, carni subicitur, sequendo litteram: qui enim sequitur litteram, translata verba sicut propria tenet, nec illud quod proprio verbo significatur, refert ad significationem: sed si audierit angelos in forma leonis vel aquilae seu equorum apparuisse, similes eos aestimat leonibus aut equis vel bobus esse. Ea demum est miserabilis animae servitus, signa pro ipsis rebus accipere, et ultra corpoream creaturam oculum mentis ad hauriendum supernum lumen levare non posse. Valde itaque absurdum est signa rerum spiritualium, ipsis rebus observare, aut talibus signis pertinaciter inhaerere.

14. Fatendum est igitur animam seu angelum non esse corpus vel aliquam corpoream qualitatem seu coaptationem, si ita dicenda est, quam Graeci harmoniam vocant. Nulla enim propior est natura, quae diligenter inspecta, possit etiam Deus, qui supra omnem creaturam incommutabilis permanet, incorporaliter cogitari, quam ea quae ad imaginem ipsius facta est: et nil intimius, aut fortassis naturae tam consequens, quam ut credito quod angelus seu anima corpus sit, et Deus corpus esse credatur. Propter hoc enim corporalibus assuefacti et affecti sensibus, nolunt animam credere aliud esse quam corpus, ne si corpus non fuerit, nihil sit: et per hoc tanto magis timent de Deo credere quod corpus non sit, quanto magis timent credere Deum nihil esse. Ita enim feruntur in phantasias et phantasmata imaginum, quae cogitatio de corporibus versat, ut his subtractis, tamquam per inane pereundum sit, reformident. Et sicut nunc dicitur, putant caelestia formas habere corporeas, immo et beluinas, tamquam sit *inconsequens et ignobile et passibile reclusa* et artata, ut extra hoc esse non valeant. Inconsequens autem valde est ut spiritualis caelestisque natura formam leonis et equi et bovis habere credatur. Nam et ille (spiritus) creaturas ceteras antecellit, haec autem inter terrena computantur et vilia; sunt enim passibilia et corporibus dedita: caelestes vero spiritus impassibiles sunt, cum nec corpus habeant, ubi aliquid delectationis vel asperitatis pati possint, nec in sua spirituali natura quicquam mali vel doloris sentiant.

15. Sic et sancti post resurrectionem impassibiles futuri sunt, quoniam mortuis resurgentibus, incorrupti electi immutabuntur. Et si iusti creduntur futuri, impassibiles et mente et corpore, quis angelos aestimat aliquid passibilitatis habere? Etenim sancti erunt tunc angelis aequales. Et nos iam a passionibus vitiorum compescit apostolus dicens: non in passione desiderii. Non igitur possibiles est corporales quis aestimet angelos. Nam et illi qui in specie leonum aut equorum apparuerant prophetis, hi erant in re quod ostenderunt in figura, cum eorum similitudo et aequalitas nobis promissa est in resurrectione, profecto longe inferiores et ignobiliores quam modo sumus tunc erimus. Sed si quis hoc velut insanie sudeat suspicere, eum theologus clamet: nunc autem filii sumus, et nondum apparuit quod erimus; scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Nam et corpus nostrum corpori dominico tunc simile erit, ubi scriptum est: salvatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Et corpus ergo nostrum et anima aliquid similitudinis eius recipiet, ut in nobis simile quoddam vestigium sit dominicae similitudinis. Hoc itaque de nobis sperantes, nullatenus inferiora de supernis virtutibus sentiamus. Nam si nos futuri sumus ei similes, et videbimus eum sicuti est, postquam (1) angelici spiritus ei sunt similes, et vident eum sicuti est. Hinc etenim quod tam saepe in hoc libro recantus desiderius, id est Deo similes. Sed et dominici corporis quandam similitudinem habent, testante propheta qui ait: similitudo hominis in eis. Non quod consubstantiales aut aequales divinitati sint vel humanitati redemptoris nostri, sed quod divinae et humanae eius virtutes beata subiectione participant. Quando igitur hac excellentia in scripturis aliquid dicitur, mystica accipiendum est, ut nihil corporeum, nihil terrenum, nihil grave, nihil deforme in eorum essentia cogitemus, ne sicut hic dicitur *aestimemus supercaelestia ad consequens et ignobile et passibile rechtus, dum describuntur per omnia deformes clare manifestativorum eloquiorum similitudines*. Similitudines quippe ait variationes opiniones. Unde et Ezechiel asserit quod similitudinem throni viderit, et similitudinem quatuor animalium, quod significat fictam eorum quae putantur phantasiam. Propter quod et divinae naturae hic prophetis sit similitudines dissimiles: dissimiles enim sunt omnino caelestibus secretis. Nihil vituli aut leonis seu aquilae sive equorum habent supernae virtutes. Iam vero ex hoc quae latius disseruimus, manifesta sunt edisserere ea quae nunc sequuntur, *sed veritatis* * etc. * Deficiunt ex hoc codice R.

16. Quibus autem causae informes intellectus et caecitas earum figura, per formas atque figuras ad nos erudiendos insinuentur, consequenter subiungitur: *quia* A. I. 16. F

quidem enim, inquit, pulchre procuratae sunt informium formae, et figurae carentium figuris, non unam causam diceret quis esse nostram analogiam non valentem immediate in invisibiles extendi contemplationes, et desiderantem proprias et connaturales reductiones, quae possibiles nobis formationes praetendunt informium supernaturalitimque speculationum. Ac si diceret: nemo recte intelligentium dixerit, unam singularumque procuratarum formarum et figurarum informium, intellectuum sanctorumque figuris causam esse, nostram videlicet proportionem nihilus infirmam et mentalem, ne per hoc non valentem absque aliqua medietate interposita, A. I. II. A.

(1) Postquam per geminam usurpatum videtur etiam ab aliis infimis aevi auctoribus

ad invisibiles divinorum animorum ascendere contemplationes, semper desiderantem proprias et connaturales sibi sensibilium imaginum manuductiones. Quae enim sunt possibiles nobis ad cognitionem praetendunt, hoc est prius nobis intendunt formationes, imagines profecto infimorum, carentium videlicet forma, supernaturalibusque cogitationibus gravatas, speculationum divinorum sedium omnium. Quas non immerito speculationes appellat, quia non aliter nisi gnosticae summae contemplationis virtute intelligi possunt. Non igitur haec sola causa est propheticarum imaginationum, nam et altera non inferior. Fortassis autem et superior causa adducitur, quam subsequenter connectit dicens: *sed quia et hoc mysticis eloquiis est decentissimum, per incomprehensibilia divina aenigmata occultare, et inviam multis ponere sacram abditamque supermundanorum intellectuum veritatem.* Est, inquit, altera causa sanctarum in scripturis divinis descriptionum decentissima convenientissimaque divinorum eloquiorum mysteriis. Et ea est, sacram secretamque veritatem supermundanorum spirituum occultare, inviamque multis ponere, per incomprehensibilia et divina aenigmata, hoc est per difficillimas et inaccessibiles divinae obscuritates, his qui indigni sunt pura caelestium virtutum cognitione. Est igitur honestissima causa obscuritatis, incomprehensibilium divinae scripturae formationum occultam facere, inviamque multis pollutis animis ponere arcanam angelicorum animorum veritatem.

17. Et cur hoc? Audi quod sequitur: *est enim non omnis sacer, neque omnium, ut eloquia aiunt, scientia.* Veluti aperte diceret: propterea debebat mystica eloquia veritatem mundanorum intellectuum per aenigmata occultare, inviamque abditamque ponere, quia non omnis humanus (animus) purus et sanctificatus est veritatisque contemplatione dignus. Corrumpitur quippe multis debetis fallacibusque cogitationibus, neque omnibus, ut divinae perhibent scripturae, conceditur summa scientia. Et non hoc divinae bonitatis imputatur largitati, sed pollutae mentis tarditati ac malivolentiae, sicut scriptum est: in malivolam animam non intrat sapientia. Solis igitur puris sanctificatisque animis aperta et pervia est divinorum intellectuum veritas, etiam per mysticorum imaginum aenigmaticarum descriptionem in visionibus
1. Cor. 13. prophetarum. Et fortassis hoc est quod divinus ait apostolus: nunc videmus per speculum et in aenigmate, tunc autem videbimus facie ad faciem. Postquam autem convictos repulsosque habet et eos qui immodo sua cogitatione decepti caelestes virtutes sensibilibus terrenorum animalium formis circumscriptas putant, et nil aliud significativum in spiritibus theologorum apparuisse, praeter ipsas per se ipsas, cumque qui significativas imagines rerum invisibilium, nobisque incomprehensibilium, in spiritibus prophetarum descriptas, non solum non negant, verum etiam inconvenientes recipiunt, eas tamen angelicis intellectibus inconvenientes esse approbant, convertit sermonem, et agit iterum contra eos qui existimant deformes causas, deformes divinarum imaginum descriptiones, et ait:

18. *Si autem deformes imaginum descriptionis causas aestimaverit quis dehonestari, dicens referri sic turpes formationes deiformibus et sanctissimis dispositionibus, sufficit ad eum dicere, quomodo duplex est sanctae manifestationis modus.* Si quis, inquit, aestimaverit causas deformes qualescumque sint irrationabiles rationabiles animi motus descriptionis imaginum in sancta scriptura, et dehonestari

dicit deiformes et sanctissimos angelorum ordines, si sic turpes tales formationes mysticarum visionum referantur: sit est adversus perniciosam ipsius opinionem respondens, quomodo duplex est sanctae manifestationis modus: *unus quidem, quasi consequens propter similes procedentium sacrarum figurarum imagines, alter vero propter dissimiles formarum facturas in omnino inconsequens, et indecorum formatas.* Postquam convictos et repulsos habuit eos, qui immunda sua cogitatione decepti, caelestes virtutes sensibilibus terrenorum animalium formis circumscriptas putant, ut nil aliud figurativum in spiritibus theologorum apparuisse praeter ipsas per se ipsas, eosque qui significativas imagines rerum invisibilium omnique incomprehensibilium in spiritibus prophetarum descriptas non solum non negant, verum etiam incunctanter recipiunt, eas tamen angelicis virtutibus inconvenientes esse approbant, convertit sermonem et agit iterum contra eum qui existimat deiformes causas divinarum imaginum descriptionis et ait: *si autem deiformes* etc. Ac si diceret: si quis existimaverit causas deiformes, quaecumque sunt irrationabiles rationabilium animi motus descriptionis imaginum in sancta scriptura, et dehonestari dicit deiformes et sanctissimos angelorum ordines, si eis tales turpes formationes mysticarum visionum referantur, sit est adversus perniciosam eius oppositionem respondere, quod *duplex est sanctae manifestationis modus, unus quidem* etc. Duo, inquit, modi sunt, quibus sanctae manifestationes sanctorum angelorum in divina scriptura per imagines fiunt, quorum unus est qui spiritualium substantiarum intelligibiliumque virtutum, quibus rationalis natura decoratur, absolutis quibusdam convenientibusque imaginationibus formatur, ut est in propheta: vidi Dominum sedentem super solium. Et in apocalypsi mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius. Haec quippe humanis rationibus, spiritualiumque animae ornamentorum similitudinibus assumpta sunt. Alter vero qui bestiarum ferocium superbarumque, ut leonis et equi, seu turpium, ut ursi et vermis, seu quod longissime putatur distare, insanientium hominum, ut David in porta Geth, aut temulentorum, ut Noë et Loth, aut furibundorum, seu inepissime legitur iratus est Dominus. Et exarsit furor eius, ceterarumque horum similium configurationibus fingitur. His etiam accedit formarum confusio, dum in una eademque imagine species humana, vitulina, aquilina, monstruose miscetur. Quod omnino absolutis naturalibusque formis contrarium perspicitur. A. I. M. 2

19 Et prioris quidem modi paradigmata subiungit dicens: *atque colendam superessentialis θεαρχίας beatitudinem manifestatoriorum eloquiorum mysticae traditiones, aliquando quidem ut rationem et intellectum et essentiam, laudant divinam rationabilitatem et sapientiam eius declarantes, et vere existentem subsistentiam, et eorum quae sunt subsistentiae causam verum, et quasi lumen eam reformant, et vitam vocant.* Colendo, inquit, et adoranda beatitudo θεαρχίας, hoc est summae deitatis, quae superat omnes essentias in traditionibus mysticis divinorum eloquiorum, quam intelligibiles virtutes, quibusdam figurationibus manifestant. Saepe quidem laudatur infigurationis et intellectus et essentiae dum superat omnem rationem et sapientiam, quam in hoc loco intellectum nominat. Omnis quidem, qui veritatem intelligit, sapiens est. Essentia dicitur, et quasi lumen formatur subsistens, et plusquam existentia et substantia, quoniam eorum quae sunt subsisten- A. I. M. 4

tiae, vera et incommutabilitatis causa est. Essentia dicitur et quasi lumen formatur, et veluti vita vocatur, dum sit super omne lumen, et super omnem vitam totius luminis, et vitae fons inexhaustus. Et hae sunt mirabiles et supermateriales formae ipsius principalis deitatis, et supercaelestium virtutum quae circa ea sunt. Quod consequenter adiungit dicens, *tantis mirabilibus reformationibus, et gloriosioribus quidem existentibus, et materiales formationes excellere, quoquomodo probatis deficientibus, et sic thearchica ad veritatem similitudine.* Tales sunt, inquit, tantae et tam magnae mirabiles formae, quae gloriosiores existunt, omnesque materiales formationes et imaginationes superare et excellere, qualicumque modo probantur, hoc est laudantur. Deficiunt tamen, etiamsi sic excellentes et supermateriales sunt, divina similitudine, hoc est divinam similitudinem ipsius non attingunt, dum veritas consulitur. Et hoc est quod sequitur: *Est enim super omnem essentiam et vitam, nullo quidem ipsam* (1) *lumine characterizante* hoc est figurante, aut formante, *omnique ratione et intellectu, similitudine ipsius incomparabiliter derelictis*: id est dum omnis ratio et intellectus similitudine ipsius alienatur. Nulla siquidem ratio vel intellectus est. Quis similitudinem ipsius, quoniam incomparabilis est, possit attingere? Deseritur enim et valescit omnis creatura visibilis et invisibilis, dum comparatur summae et supernaturali naturae quae super omnia est.

20. Sequitur: *Secundus formationis modus, qui omnino inconsequens et indecorus, hoc est inconveniens divinis virtutibus et deformis esse videtur. Aliquando vero dissonilibus manifestationibus ab ipsis eloquiis supermundane laudatur, cum invisibilem et infinitam incomprehensibilemque vocantibus, et ea ex quibus non quid est, sed quid non est significantur.* Secundus, inquit, modus divinarum manifestationum, quibus in divinae scripturae supervenientibus divinitas supra omnem mundum laudatur, duplex est. Aut enim, per dissimiles formas et inconvenientes longe sinceque ab ipsa ut praediximus distentes imaginatur, aut per ea ex quibus non quid est, sed quid non est significatus innuitur, dum invisibilis, infinita, incomprehensibilis vocatur. Siquidem dum summam deitatem et bonitatem, invisibilem, et infinitam, et incomprehensibilem divina vocat scriptura, non quid ipsa est significat. Non enim invisibilitas et infinitas et incomprehensibilitas, essentia ipsius est, sed quod non est, ostendit. Non est enim visibilis neque finita neque com-
A. c. ix. b. prehensibilis. Et quoniam duplex divinae significationis ratio est; aut enim affirmative significatur, verbi gratia dum de ipsa praedicatur, essentia est, seu bonitas, seu vita, seu sapientia, seu veritas, ceteraque similium virtutum nomina, quae divinae altitudini atque subsistentiae convenientissima esse videntur. Aut negative, ut cum dicitur invisibilis, infinita, incomprehensibilis, invia et investigabilis, ceteraeque quae de ipsa per negationem pronuntiatur.

21. Propterea subiecit: *Hoc enim, ut aestimo, potentius est in ipsa.* Aestimo, inquit, hanc rationem quae est negativa, potentiorem et convenientiorem in ipsa, hoc est in ipsius summae deitatis significatione, dum a nobis colitur, et adoratur. Validius quippe et propinquius veritas ineffabilis et divina existentia, negative quam affirmative intimatur. Et hoc est quod sequitur: *Quoniam quidem ut occulta et sa-*

(1) Textus ed. Stansyii *ipsa*. Itemque prima manu cod. A, et secunda *ipso*. Sed cod. B. f. 25. a. *ipsam*, quae verior lectio videtur.

verbositatis traditio subintroduxit, non esse secundum quid eorum quae sunt. Eum vere dicimus, ignoramus autem superessentialem ipsius et invisibilem et ineffabilem infinitatem. Ac si diceret: propterea negativa ratio in divinis significationibus praeponitur affirmativo, quoniam vere dicimus ipsam deitatem quae supereminet omnia, non esse aliquid eorum quae sunt, et ignoramus quid ipsa sit, ipsius superessentialitas et invisibilitas et ineffabilitas et infinitas. Non autem vere dicimus eum aliquid eorum quae sunt, esse cum affirmamus. Nulla siquidem essentia est, nullaque bonitas, quia superessentialis est, et plusquam bonitas, et super omne quod dicitur et intelligitur, exaltata est. Et propterea subiungit: *Si igitur depulsiones in divinis verae, intentiones vero incompactae obscuritati arcanorum, magis aperta est per dissimiles reformationes manifestatio.* Si, inquit, depulsiones, hoc est negationes, quas Graeci ἀποφάσεις vocant, in divinis significationibus verae fiunt, non autem intentiones, affirmationes videlicet, quas καταφάσεις dicunt, eadem divinis significationibus compactae et convenientes sunt. Vere enim negatur Deus aliquid eorum quae sunt, non autem vere aliquid eorum praedicatur esse, quoniam super omnia superessentialiter ab omnibus removetur. Profecto obscuritati arcanorum, hoc est ineffabilium, multo aptior est, per dissimiles formationes quam per similes manifestationes. Ac si diceret: si vera est negatio in divinis rebus, non autem vera sed metaphorica affirmatio, vere enim dicitur Deus invisibilis, non autem visibilis vere ac proprie dictus. Similiter infinitus, incomprehensibilis vere de eo praedicatur; finitus vero et comprehensibilis non proprie sed modo quodam loquendi, quid A. f. 13. a mirum si naturalibus simplicibusque formis longe dissimiles, mixtae, confusae, deformesque plus ad divina et ineffabilia valeant significanda, quam absolutae ac simplices omnique confusione carentes naturalium formarum imaginationes. Et ut planius dicam, plus intelligo Deum dum audio de ipso praedicantem, essentia non est, bonitas non est, quoniam superessentialis est, et plus quam bonus, quam dum audio, essentia est, bonitas est: hoc enim Deum inter omnia connumerat, illud autem super omnia ipsum exaltat.

22. Eadem ratione dum in sanctis visionibus mysteriorum propheticarum lego humanam effigiem pulchram, absolutam, omnimodisque naturalem, in significatione ipsius, qui super omnem formam et figuram, in se ipso aliqua forma subsistit et figuratur, plus possum decipi ut existimem Deum ipsum incircumscriptum humana effigie circumscribi, et invisibilem et ineffabilem, ac de Deo aliud fari. Dum vero in eisdem visionibus, pennatam hominis ac volitantis imaginem invenio, in significationem caelestium virtutum seu ipsius divinitatis veluti celeri volatu omnia penetrantis, non facile fallor, quoniam in natura rerum visibilium pennatum hominem et volantem nec vidi nec legi nec audivi. Est enim monstruosum et omnino ab humana natura alienum. Nam et poetica figmenta in falsissima fabula de volatu Daedali non eum sunt fingere plumas et alas de corpore ipsius hominis naturaliter crevisse, incredibile enim esset et deforme; ac per hoc citius adducor ad negandum, tali imagine, omnino divinas virtutes ipsumque Deum circumscribi et deformitate formari. Omne siquidem quod contra naturam est, turpe atque deforme est, quam ad consequendam tales figuras naturaliter in caelestibus esse. Et continuo nulla mora interstante perspicio, illas imaginationes divinae scripturae significati-

eas esse naturalium rerum, simplicium quidem omnique forma atque figura sensibili circumscriptaque carentium, non autem ipsas naturas, quae istis significationibus ad purgandas nostras terrenas cogitationes intimantur. Sicut itaque negatio affirmationi praeponitur in significationibus, ita inconvenientes atque deformes species formosis convenientibusque praeponuntur imaginationibus manifestationibusque divinarum rerum, seu animos corporeos, ut sunt angelicae virtutes, seu omnem intellectum, ut est ipsa divinitas ineffabiliter superantium. Et quod de effigie volatilis hominis diximus, ipsum de leone vituloque pennoso, item de aquila humano vultu configurata, ceterisque confusis figuris seu in eodem genere superfluis, ut animalia illa senas alas habentia, intelligendum est. Ut enim haec omnia naturales abnegant formas, ita caelestes virtutes his omnibus speciebus carere manifestissime insinuant.

A. I. M. S.

23 Sequitur: *Et nunc itaque non turpes*, vel ut expressius transfertur postreme, *replent caelestes ornatus eloquiorum sacrae descriptiones, dissimilibus eos formarum facturis manifestantes, et per has ostendentes materialibus simul omnibus supermundalium excellentias.* Breviter concludit quae hactenus praedixit, convincens eos qui carnaliter divina cogitant, existimantes ea sensibilibus formis sive absolutis, modulisque naturae non excedentibus, sive confusis sive superfluis, ut superius dictum est, circumscribi. Similiter et eos, qui imagines quidem significativas esse recipiunt, angelicae tamen et supereminentis naturae dignitate indignas arbitrantur, deridens: nec non et eos qui spiritualium imaginationum causas, turpes et irrationabiles subintrant, refutans. Et hoc est quod ait: *et nunc itaque*, iam videlicet considerata veritate, divinaque sapientia consulta, non replent ut inspientes existimant, materialibus sacrae descriptiones, mactae scilicet imaginationes sanctorum eloquiorum caelestes ornatus, dum eos dissimilibus sibi formis manifestent, et per me dissimiles videlicet formas super omnes simul materiales species supermundalium virtutum altitudinem ostendunt.

24 Hac autem controversia finita, ad laudem dissimilium similitudinum convertit sermonem, et ait: *quia vero et nostrum animum reducunt magis dissimiles*, vel ut significantius transfertur, *obscurae similes, non aestimo quemquam bene sapientum contradicere.* Non arbitror, inquit, ullum eorum qui bene sapiunt contradicere mihi dicenti: dissimiles vel obscuras similitudines, magis quam similes et apertas, animum nostrum reducere in veram caelestium virtutum contemplationem. Quod etiam ratione subnexa suadet dicens: *In quidem etiam pretiosioribus sacris formationibus, consequens est seduci, auriformes quasdam aestimantes esse caelestes essentias, et quosdam viros fulgureos decore indutos vestimenta, candide et ignee innocueque resplendentes. Et quibuscumque aliis similibus imaginatis formis theologia caelestes figuravit intellectus.* In pretiosis, inquit, hoc est pulchris naturaeque similibus sanctis imaginationibus facillime possunt seduci, qui existimant caelestes substantias, aureas habere formas, et quosdam viros luculentos ibi esse, qui pulchra induti sunt vestimenta, quique candida colore et igneo, innocuo tamen, resplendent, aliasque similes imaginatas formas humanorum corporum configurationibus similes, habitare caelestia fingunt spiritualium et invisibilium virtutum, intelligibiles naturaliter substitutiones, nec recte cogitare, nec pure cogno-

scere valentes, et quod est miserabilius, vix in humana multitudine paucissimus sapientum numerus invenitur, qui tali errore seduci non possit, falsa pro veris approbare respuens. A. I. 14.

25 Sequitur *Quod quidem ne paterentur, qui nihil visibilibus bonis altius intelligunt, sancta theologorum restitutiva sapientia, et ad indecoras similitudines mirabiliter descendit.* Ne illud, inquit, simplices imprudentesque fidelium animas paterentur, hoc est incircumscriptos spiritus caelestium virtutum, aureis quibusdam formis pulchrisque circumscriptos, pretiosissimaque vestimenta indutos, falsa suis phantasiis deceptas, occasiones etiam ex propheticis visionibus accipientes existimarent, atque ipsas seducerent, abhominabiliaque idola longe divinis intellectibus remota in suis cogitationibus fingerent, sapientissima theologia, humanae insipientiae consulens, etiam ad deformium formarum dissimiles imaginationum descendit, quas nec invisibilium sublimitas omnino sibi convenire permittit. Ac si aperte ipsa sancta theologia clamaret, quemadmodum tales deformes inhonestaeque imaginationes, quas naturalis simplicitas respuit, et pulchritudo deridet caelestium intellectuum, ineffabili sinceritate, et incomprehensibilium formatate refelluntur, quamvis in figuris eorum tenebrosissimis apparuerunt, ita et non aliter formosissimae imagines illae, quae humanae dignitati putantur congruere, ab eorundem intellectuum purissima incircumscriptaque subsistentia universaliter removentur. Has siquidem omnes sacras figurationum divinae scripturae significativas esse, non autem substantivas, verissima veritatis speculatio clamat. *Non concedens materiale nostrum in turpibus imaginibus manens requiescere,* non concedens, inquit, theologia materiale nostrum, hoc est unitum animum rebus materialibus promptissimum se miscere, in turpibus imaginibus manendo requiescere, atque sibi finem cognitionis ponere, ad obscuras indecorasque similitudines perveniat.

26 In graeco scriptum est *ὑλῶδες ἡμῶν*, id est materiale nostrum, omne videlicet quod in nostro animum ad similitudinem materialis nostri corporis facillime inclinatur, atque amorem rerum visibilium irrationabiliter flectitur. *Purgans vero sursum versus animum, et suggerens deformitate compositionum, tanquam neque iusto neque vero probante esse, neque valde materialibus, quia nec turpibus similia secundum veritatem sunt, et supercaelestia et divina spectacula*.* Hoc facit, inquit, provida theologia, purgans sursum versus animum, hoc est superiorem partem animae rationalis, quae pars, animus seu intellectus a sapientibus nominatur, ab omni falsorum phantasmatum contagione mundans. Pro eo quod transtulimus *sursum versus animum*, in graeco scribitur *ἀναφερὲς τῆς ψυχῆς*, hoc est quod sursum fertur in anima. Mens quippe, quae nostrae naturae sublimissima pars est, sursum semper ad spiritalia naturali appetitu fertur. Hinc et apostolus: mente servio legi Dei, carne autem legi peccati. Idcirco ipsa pars nostra divinae theologiae administratione purgatur, ut purgata in caelestium virtutum ipsiusque causae omnium contemplationem apta fiat atque instructa. *Et suggerens,* vel ut proprie transfertur, *subpungens seu substimulans* mentem, hoc est per deformes imaginationum mixturas. Et hoc suggerit menti, quia sicut insipientibus videtur, divina spectacula et supercaelestia similia sunt secundum veritatem turpibus imaginationibus. Neque iustum neque verum hoc est, neque ulla iustitia, neque ulla veritas approbat, ne-

* Hic deest... A. I. II. 7

quae valde res ipsas materiales, ex quarum similitudine imaginationes fiunt, incircumscriptorum spirituum similia sibi esse, supercaelestes essentias opprobant, magis autem suis speciebus respiciunt. Naturaliter quippe materialia omnia in spiritualia transferri appetunt, spiritalia vero ad materialium humilem vilissimamque extremitatem inclinari nolunt, quoniam impossibile est. Possibile est namque inferiora ad superiora ascendere; descendere vero superiora ad inferiora naturali transmutatione, impossibile est.

27 Et si quis dixerit: videtur itaque beatus Dionysius asserere angelicas virtutes omnino carere corporibus, praedictis rationibus breviter respondemus. Terrena materialiaque corpora, mortalia, corruptibilia, membrorum compositionibus distincta, sensibilibus formis localibusque spatiis circumscripta, temporibus mutabilia, seu horum omnium imagines, sive interius in phantasia memoriae, sive exterius in sensuum impressione, divinos animos habere penitus denegat. Spiritualia autem corpora simplicia, nullis formarum sensibilium lineamentis coartata, ipsis divinis animis similima et convenientissima, possidere eos non solum non denegat, verum etiam affirmat. In quibus coelestibus videlicet subtilissimisque suis corporibus humanis obtutibus saepe visibiliter apparuere, ut Abrahae et Tobiae, transmutantes invisibiles et incircumscriptas suorum spiritualium corporum qualitates in quascunque formas visibiles, in quibus hominibus se manifestare velint. Hactenus de provida ergo purgationum nostrarum theologia per descensionem ad humanas et confusas inhonestasque materialium rerum conformationes, quibus divini animi significantur. Nunc vero tractare incipit, quod non sine ratione divina theologia similitudines rerum invisibilium ex omni sensibili creatura compegerit. Propterea sequitur:

A 1 75 a 28 *Sed itaque et hoc intelligere oportet, nihil eorum quae sunt esse universaliter boni participatione privatum.* Siquidem ut eloquium veritatis ait: omnia bona valde, oportet, inquit, intelligere, quod nulla creatura est, quae omnino iuxta suam analogiam participatione summi boni privetur. Ait enim scriptura: et vidit Deus, et ecce omnia bona valde. Et si ita est, quid mirum si ex rebus materialibus speculationis intelligibilium occasio sumatur. Ut quoniam omnia summum bonum participant, ex similitudine inferiorum bonorum ad cognitionem sublimium humanus animus possit ascendere. *Est ergo ex omnibus intelligere bonas speculationes, et invisibilibus et intellectualibus ex materiis reformare dictas dissimiles similitudines. Altero modo intellectualibus habentibus, quae sensibilibus aliter distributa sunt.* Si, inquit, omnia summi boni participantia sunt, oportet profecto ex omnibus intelligere, hoc est in omnibus materialibus conspicari bona, immaterialium contemplationum, et ex materiis sensibilibus formare praedictas dissimiles similitudines, ut per eas invisibiles et intellectuales intelligantur virtutes. Dum non eodem sed altero modo intelligibilium virtus, et sensibilium natura perspicitur. Quod consequenter subnectit dicens: *etenim furor, irrationabilibus quidem ex passibili motu inest, et omni irrationabilitate est repletus furibundus eorum motus. Sed in intel-*

B 1 66 b *lectualibus altero modo oportet irascibile intelligere.* Furor, inquit, et ira bestiis rationis carentibus ex passibili naturali tamen, motu. Vel sicut in graeco scribitur ἐξ ἐμπαθοῦς ὁρμῆς, ex passibili impetu vel cupiditate mota sunt, irrationabilisque

eorum motus, plenus sit irae atque furoris, ut in leonibus ceterisque feris ferocibus, quarum furibunda rabies vix domari potest. Non tamen in eis tales motus reprehenduntur, quoniam naturales sunt, et sine quibus naturae proprietas ipsarum bestiarum perfecta esse non patest. Mitis enim leo, leo non est.

29. Sed dum talis impetus furoris et irae, sive de Deo sive de intellectuali, sive rationali sapientia, tamen creatura, praedicatur, altera ratione quam in bestiis perspicitur, oportet intelligi. Propterea sequitur: *declarans, ut aestimo, eorum virilem rationabilitatem, et immitem quietem in divinis et immutabilibus fundamentis.* Furor itaque et ira dum de intellectualibus loguntur naturis, non ferocem impetum, sed quamdam similitudine virilem fortemque rationabilitatem et immitem, hoc est irreprehensibilem rem in divinis ac semper manentibus assensus, ut quadam pulcherrima metaphora, furor in bestiis irrationabilis videbatur motus, rationabilis vigor et fortitudo in natura intelligibili accipitur. Et bestialis ira irreprehensibilem quietam divini animi in divinis collocationibus, quae semper et incommutabiliter manent. Est igitur furor irrationabilis, rationabilis fortitudinis imago. Est ira ferarum atque impetus intelligibilium animorum in divina severitate, in qua immutabiliter iustitiae, immitis irreprehensibilisque absque ulla adulatione perpetuae quietudinis symbolum. Videamus quomodo inferiora bona, quae ex participatione summi boni provenerunt, prima bona summeque bono proxima imaginantur? Et ne mireris quod beatus magister ἀμείλικτον λῆξιν, hoc est immitem quietem in divinis et immutabilibus fundamentis dixerit. Immitis enim quies est amara et inflexibilis in amore caelestium virtutum incommutabilisque possessio. Nec resistit quod ait Dominus: beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Necesse est enim eos qui mites sunt in malo, hoc est totius malitiae expertes, immites fieri in bono, ut bonum videlicet virtutum amara diligentique custodia, earumque nulla laudabili ira commoto, adversus omnia vitia pugnans non desinentes, vigilique semper animo, ne aliquo praevaleant in parte virtutum quas custodiunt quiescentes. Hinc apostolus dixit: irascimini, et nolite peccare. Et illud de furore spiritali atque superbia laudabili praecepit: quae sursum sunt sapite, non quae super terram. A. 1. n. 5.

30. Sequitur: *Eodem modo concupiscentiam quidem esse dicimus in irrationabilibus inconsultam quamdam et materialem ex naturali motu aut consuetudine immutabilibus incontinenter passibilitatem et irrationabilem corporalis voluptatis continuitatem unum omne animal compellentis in secundum sensum concupiscibile.* Brevem quaerit explanationem. Ait enim: simili modo, hoc est quemadmodum de furore itaque diximus, de concupiscentia quoque irrationabilium animalium dicere debemus. Nihil aliud quippe est concupiscentia irrationabilium, nisi inconsulta absque rationabili videlicet consilio, et materialis ingenita passibilitas, quae ex naturali motu, seu frequenti consuetudine, sine ulla continentia in rerum mutabilium impatientis morae asseritur, et irrationabilis corporeae libidinis assiduitas, quae omne animal cogit in illud concupiscibile, quod est secundum sensum prono impetu ruere. Cum vero, inquit, dissimiles similitudines intellectualibus circumponentes, concupiscentiam eis circumformamus, amorem divinum ipsam intelligere oportet, qui super omnem rationem et intellectum immaterialitatis et inflexibilis, et non indigens desiderium superessentialiter castae et impassibilis contem

* B. I. 12. 2. — platissimam, et ad illam puram et sublimissimam claritatem *, et invisibilem et formificam pulchritudinem aeternae verae et invisibilis societatis. Et potentiam excepit quidem insufficientiam, et insuperabilem et a nullo affligi valentem, per inconfusum et immutabilem divinae pulchritudinis amorem, et universalem revocationem in quod vere est appetendum. *Dum vero*, inquit, *dissimiles similitudines, et materialium rerum rationeque carentium naturalibus circa intellectuales veluti quaedam vestimenta ponimus virtutes, et concupiscentiam eis circumformamus, non irrationabilem motum, sed amorem divinum per ipsam concupiscentiam intelligere debemus.* Quid divinus amor? Est laudabilis concupiscentia ipsius immaterialitatis, quae superat omnem rationem et intellectum. Eandem quoque concupiscentiam in figuram inflexibilis et non indigentis, hoc est non ex inopia rerum temporalium nascentis desiderii superessentialis et castae et impassibilis contemplationis, et aeternam sinceram et invisibilis adunationis, ad illam puram et excellentissimam luculentiam, et invisibilem pulchritudinem, ex qua omnis forma et pulchritudo facta est, accipere nos oportet. Et ipsa spiritualis concupiscentia potentiam, vel ut significantius ex ambiguo graeco, quod est τὸ ἀκρατὲς, potest transferri, puritatem suscipit in sufficienti, hoc est forti strenuo robusto et inconvertibili, in eo videlicet quod sufficiens est strenuumque atque robustum, inconvertibile quoque, et in eo quod a nullo affligi potest. His enim omnibus nominibus divinam virtutem significat, ut arbitror, quae sufficientem strenuam robustamque et inconvertibilem potentiam desiderantibus se largitur. Quae videlicet potentia vel puritas a nulla alia virtute sibi opposita vel affligi vel vinci valet. Et hoc totum datur propter inconfusum et liquidum, et immutabilem divinae pulchritudinis amorem, et propter catholicam reductionem in id quod vere est appetendum, summum videlicet bonum, quod appetit omne quod amare potest.

31. Postquam vero dissimilitudinibus longe dissimilibus, quae ex naturalibus motibus irrationabilium bestiarum ad rationabiles intelligibilium naturarum virtutes significandas, sancta introducit theologia, tractatum est, quid ipsa irrationabilitas rationabilium, et insensualitas sensu carentium, in ipsis rebus quibus naturaliter insunt, possit definiri, quid in divinis conformat intellectibus, optime subiungit, et ait: *sed et ipsam irrationabilitatem et insensualitatem in quidem irrationabilibus animalibus aut inanimatis materiis defectum rationis et sensus proprie vocamus. Inanimatis autem immaterialibus et intellectualibus essentiis, sancte et decenter supereminens earum, ut supermundalium confitemur nostra transitoria et corporalem rationem et materialem, alienatio incorporalibus animis sensus.* Ipsa, inquit, rationabilitas irrationabilium animalium, defectus rationis est. Insensualitas vero essentium omnino a sensuali materiarum, defectus sensus et proprie dicitur. Dum autem irrationabilitas et insensualitas de immaterialibus et intellectualibus praedicatur essentiis, insensualitas quidem de immaterialibus, de intellectualibus vero irrationabilitas, pulchre et religiose confitemur significari, quod in ipsis supermundalibus eminet, hoc est contemplationis earum altos, quae omnem sensum nostrum nostramque rationem supergreditur, dum nostra transitoria et corporalis ratio, hoc est adhuc mortali corpore gravata, et materialis sensus longissime ab incorporalibus animis alienatur.

Marginal notes: "A. I. 15. 4." (beside "materialium rerum rationeque carentium…"); "A. ξ. 16. 5." (beside "nostramque rationem supergreditur…").

32. Hac forma locutionis apostolus utitur dicens: stultum Dei sapientius est hominibus; supereminentiam divinae sapientiae in figura stultitiae laudans. Dum ergo legis vel audis intellectuales essentias in formis irrationabilium animalium, vel in similitudine rerum materialium anima et sensu carentium, apparuisse vel significatas fuisse, non defectum rationis et sensus, sed supereminentiam earum, qua nostram rationem nostrumque sensum exsuperant, oportet te accipere. Non enim adhuc ratione et sensu comprehendimus altitudinem naturarum supercaelestium, donec perveniamus in eorum aequalitatem. *Est itaque non dissonas formare caelestibus formas et ex vilibus materiae partibus. Quoniam et ipsa ex vere bono subsistentiam possidens, per omnem sui materialem dispositionem, resonantias quasdam intellectualis pulchritudinis habet. Et possibile est per eas reduci ad immateriales primas formas, dissimiliter ut dictum est similitudinibus acceptis, et easdem non similiter. Compacte autem et pulchre, intellectualibusque et sensibilibus proprietatibus definitis.* Notandum quod ex abundantia graecae locutionis saepe praepositiones ponuntur, et nullum augent intellectum, et maxime hae tres, re, et ad ἀνά, καί, πρός. Κατά similiter, quae in diversas vertitur translationes. Quas praepositiones videlicet propter diligentiam interpretationis noluimus praeterire, praesertim cum curiosus lector perspiciet ubi necessariae sunt, et ubi superabundant. Est itaque, inquit, hoc est oportet formare formas non dissonas, sed convenientes caelestibus significandis essentiis, etiam ex vilibus partibus terrenae mortalisque materiae. Nec sine ratione. Quoniam et ipsa materia ex summo bono, quod solum vere est, subsistentiam possidet in omnibus suis materialibus ordinibus, et habet resonantias quasdam, hoc est resultationes intellectualis pulchritudinis. Resonantias autem dico vel resultationes quas Graeci ἀπηχήματα vocant, verum intelligibilium imaginationes. Sicut enim imago vocis ex rupe quadam seu aliqua concavitate, vel sicut imago corporis ex speculo resultat, ita intellectualis pulchritudinis caelestium virtutum imaginationes, ex omni terrena vilissimaque materia respondent. Ideoque possibile est nostrum animum reduci per eas resonantias ad immateriales primas formas, quas Graeci ἀρχετύπους appellant, quarum resultantes imagines sunt, ita tamen ut dissimiliter ipsae similitudines accipiantur in materialibus unde resultant. Aliter enim furor in leone definitur, aliter in angelo. Et easdem similitudinibus non eodem modo consideratis, sed iuxta differentias materiarum rerum et altitudines immaterialium. Compacte autem et pulchre proprietas definitur uniuscuiusque in intellectualibus virtutibus et sensibilibus materiis, verbi gratia irrationabilitas, defectus rationis est in animalibus ratione carentibus; in caelestibus vero essentiis, supereminentia rationis, et superrationabilitas, qua superant omnem rationem nostram et sensum. A. E. 37 a.

33. Sequitur. *Haec mysticos theologos invenimus non solum caelestium dispositionum declarationibus mirabiliter circumformantes, sed et ipsis aliquando thearchicis manifestationibus.* Haec, inquit, quae diximus de caelestium formationibus, ex materiae partibus assumptis, non solum invenimus divinos theologos caelestibus declarandis mirabiliter circumformare, verum etiam aliquando in ipsis divinis id est in ipsius summae ac maxime deitatis manifestationibus accipere, ut eisdem dissimilibus, hoc est longe distantibus similitudinibus, et ipsae caelestes essentiae, et ipsarum summa et universalis omnium, quae sunt, causa significetur. Propterea

triplicem modum divinae imaginationis subiungit dicens: *aliquando quidem ipsam*, videlicet deitatem, *ex luminibus pretiosis laudant, et solem iustitiae et stellam matutinam in animum sancte orientem, et ut lumen incircumvelate et intellectualiter resplendens*. Haec sunt pretiosissimae et sublimissimae huius mundi partes. *Aliquando vero ex mediis*, hoc est mundi partibus, *ut ignem innocue splendentem, ut aquam vitalis plenitudinis datricem, et symbolice dicendum in ventrem subeuntem, fluminaque redundantem inmensurabiliter refluentia*.

34. Animadverte quam pulchre et breviter singula exponat. Siquidem sol iste visibilis, ipsius solis invisibilis iustitiae imago est. Et stella matutina mox in animo fidelium oriens sanctae illuminationis per fidem. Prima siquidem rationabilis naturae ad creatorem redeuntis illuminatio est donum fidei, quod per sacramenta baptismatis et datur et significatur. Ideoque non incongrue fides summae sanctaeque Trinitatis, quae primitus in animo fidelium surgit et apparet, sub symbolo luciferae stellae a sanctis theologis innuitur, quam stellam mysticam clara sequitur aurora, splendor videlicet actionis et scientiae in spe robustissimae futurae beatitudinis. Deinde sol clarissima profecto species summae ac sanctae theophaniae relucet, et ferventissima virtus divinae caritatis in his qui ipsam veritatem et contemplantur et diligunt, ineffabili gratiae ardore incendit, pulchritudine illustrat, et hoc est quod est *ut lumen incircumvelate et intellectualiter resplendens*. Dum enim clarissima fidei stella in matutino, hoc est in primordiis conversionis humanae animae ad Deum suum incipit oriri, subindeque pulcherrimus splendor practicae id est actionis vir-
A. I. 17 B. tutum, aureaque subit fulgor physicae, naturalis scilicet, scientiae omnium rerum, quae post Deum sunt. Et hoc tantum in spe futurae gloriae peragitur. Et super haec omnia post maximum interioris hominis luminare, hoc est post eximiam divinae theologiae luculentiam, quae sola divina omnem intellectum superant, quotiens virtute flagrantissimae caritatis considerat, quid sequitur, nisi ipsius veritatis incircumvelatum lumen? hoc est omni velamine sensibilium figurarum carens, et per se ipsum in divinis mentibus altitudine intellectualis contemplationis refulgens. Et intuere has tres imaginationes divinae sapientiae ex sublimissimis materialis huius mundi partibus introductas. Solis videlicet luciferum aethereumque lumen, quod ubique semper splendet, nullaque tenebrarum caligine obumbratur, nullo terrenorum corporum seu aliqua mole circumscriptorum obstaculo impeditur, sed liberum ubique purissimumque diffunditur. Ex mediis autem mundi partibus, hoc est ex aere humidoque elemento, duas similitudines theologus assumpsit, ignem plane et aquam. In superioribus namque aeris partibus, quae aetheriis partibus adiungitur, flammas innocuas esse physici affirmant. Innocuae vero propterea sunt, quia nullam corpulentiam in qua ardeant ibi reperiunt, quoniam tenuissimus spiritus in sublimitate aeris huius circumvolvitur. Qui ignis, ut arbitror, ipsum insinuat qui de se ipso ait: ego sum ignis consumens. Summa siquidem et sancta Trinitas, Deus unus, humanos animos, in quibus habitat, in se ipsum convertit atque consumit, non ut eis noceat, sed ut in eis solus appareat; non ut consumat eorum substantiam, sed ut perficiat eorum beatitudinem. Aqua etiam vitalis est, plenitudo internae sapientiae, quae dum primo occulte et invisibiliter in abdita rationabilis animae, veluti in quendam ventrem, subit ineffabili meatu, veluti in aperta flumina

virtutum, et immensurabilia divinarum dogmatum fluenta redundat. Hinc est quod Dominus ait: qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.

35. Sequitur: *Aliquando autem ex novissimis, ut unguentum suave, ut lapidem angularem. Sed et bestialem ipsi formam circumponunt et leonis et pantherae speciem coaptant, et pardalineum* [illegible] *vestiunt, et ursum saevientem.* Post mediarum mundi partium imaginationes, consequenter novissimarum paradigmata subduntur. Novissimae autem mundi partes sunt, quas terrenae molis constituunt constitutionem, quae quamvis in natura visibilium novissimum ac veluti vilissimum obtinent locum, virtute tamen divinarum rerum significationis non sunt novissimae, sed excelsae et incomprehensibiles, et maxime utriusque naturae unigeniti filii Dei domini et salvatoris nostri Iesu Christi significativae. Unguentum itaque suave, Christus est, in cuius imagine sub figura ecclesiae ait theologus: dum esset rex in accubitu suo, [illegible] nardus mea dedit odorem suum. Lege mysticam feminam, quae paulo ante passionem fudit alabastrum in capite Domini, et impleta est domus odore, hoc est totus mundus suavissima doctrina passionis Domini et resurrectionis ceterarumque virtutum, quae propter nos peregit, repletus est. Hoc mysticum unguentum in consecratione chrismatis catholica componit ecclesia. Lapis angularis, Christus est, quem Iudaei perfidi reprobant, sed angularis nobis factus est. In ipso enim coniungitur ecclesia, ex Iudaeis et gentibus collecta: in ipso rationalis et intellectualis, angelica videlicet et humana natura, unum facta est. Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum. In ipso divinitas et humanitas, verbum et caro, una substantia (1) in duabus naturis effecta.

36. Et quis idoneus est angularitatem Christi digne explanare? dum propter quod dominus de adunatione circumstantiae et praeputii (2), caelestium item terrestriumque, hoc est intellectualis et rationalis creaturae in unam divinam ac communem civitatem, nec non deitatis et humanitatis in ipso. Quincuplex ipsius angularitatis e sanctis patribus traditur modus. Ipse siquidem in se ipso utrumque sexum, masculinum videlicet et femininum in simplicitate divinae imaginis, secundum quam factus est homo, coadunat. In Christo enim, ait apostolus, non est masculus neque femina. In ipso orbis terrarum et paradisus, per resurrectionis suae gratiam unus efficitur paradisus. In ipso generaliter terra et caelum, per similitudinem humanae et angelicae vitae, unum efficitur caelum. In ipso corporalis et spiritualis creatura per adunationem substantiae una fit spiritualis creatura, dum inferiora ubique transeunt in superiora. In ipso omnis creatura creatori copulatur in re ipsa, non per speciem. Videsne quinquepertitum angulorum Christi modum, de quibus singulis in libris περὶ φύσεων latius tractavimus (3)? Ipse est leo de tribu Iuda, qui vincit mundum, ipsiusque principem. In forma quippe leonis fortitudo Christi exprimitur et furor rationabilis, quo adversantes sibi iniquas potestates,

(1) Id est subsistentia, ὑπόστασις. Roule p. 2. ada.

(2) Iudaeorum scilicet et ethnicorum.

(3) Nempe in libro II n 10. operis de divisione naturae, quod prodiit Oxonii anno 1681, in volumine apud nos parvo, in quo etiam leguntur S. Maximi in epistolam Dionysii ad Caium scholia, quae in corderiana Dionysii, et in combefisiana Maximi, editionibus desiderantur.

panthera est; panther quippe dicitur quasi πᾶν θήρ, hoc est bestialissimus, ferocissimusque virtutibus opposita contemnit, penitusque interimit. Mysticus quoque suus enim omnium bestiarum est. Quae figura dupliciter in Christo intelligitur. Aut enim e contrario accipitur, ut per immanem ipsius bestiae ferocitatem, ineffabilis divinae pietatis clementia et mansuetudo, qua omnes homines vult salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire, significatur. Aut per metaphoram saevissimae bestiae zelus divinae bonitatis, qui devorat et consumit omnes ferales et irrationabiles nostrae naturae motus, imaginatur. In eadem figura et pardalis ursaque merito introducitur. Rationabilis quippe et plus quam rationabilis divinae bonitatis amor, irrationabiles et plus quam irrationabiles nostrae naturae motus semper appetit de-
A. f. 23. b. lere, ipsamque naturam liberam, omnique ferali suo impetu ereptam, in se ipsam ineffabilibus divinorum alimentorum moribus consumere.

37. Sequitur: *Addam vero et quod vilius esse, et magis significare visum est, quia et vermis specie ipsam circumformantem divini sapientes tradiderunt.* Addam, inquit, praedictis imaginationibus illud symbolum quod omnium vilius mihi visum est, et magis significans, vel ut expressius transferatur, magis obscurum vel dissimile. Divini siquidem sapientes, id est theologi, tradiderunt ipsam sapientiam in specie vermis se ipsam formasse, eo loco fortasse ubi per prophetam loquitur: ego sum vermis, et non homo. Hoc enim intelligitur de Christo, qui de virili semine non est natus, sed sicut vermis de simplici natura terrae, ita ipse ex visceribus perpetuae virginis et incontaminatae carnem assumpsit. Nihil itaque in natura rerum materialium vilius verme, qui de simplici humo conceptus, et tamen per ipsum incarnatio Dei Verbi quae superat omnem sensum et intellectum, imaginatur. Generationem eius quis enarrabit? Potest et sic intelligi: ego sum vermis et non homo, hoc est ego sum vermis, et non homo vermis. Ac si diceret: ego qui plus quam homo sum, secreta penetro totius naturae, sicut vermis viscera terrae, quod nullus alius humanae naturae particeps potest agere. Cui sensui arridet et quod in alio psalmo scriptum est: et substantia mea in inferioribus terrae, hoc est in intimis naturae conditae sinibus subsistit. Esse enim omnium est superesse divinitatis. Vermis igitur qui abdita totius creaturae penetrat, sapientia patris est, quae dum fit homo, omnem superat humanitatem. Audi apostolum de se ipso loquentem: Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum et Deum patrem, qui suscitavit eum a mortuis. Nonne ipse est mysticus ille vermis, ex cuius imagine quingentesimo tempore suo transacto, de cinere arabicae avis, phoenicis dico, propria sui pectoris flamma consumptae, vermis nascitur, et ad pristinam viriditatem revocatur (1)? Christus siquidem ardore passionis, quam sponte sua susceperat, consumptus est, et descendit ad inferos mirabilis vermis, sed mox post triduum revocatus est; suique apostoli qui eum in cruce ardentem viderunt, in spirituali corpore resurgentem conspexere, virtutumque pennis volantem, ad patremque suum ascendentem moesti sunt.

38. Sequitur: *Sic omnes theosophi, et occulta inspiratione prophetae, sanctis incontaminatis distinguunt sancta sanctorum, et dissimilem sanctam figurationem*

(1) Recepta in ecclesia mirabilis phoenicis renascentis videtur, seu Christi resurgentis figura. Item in notis S. Augustini rationis sermonibus XXXVII, et XCII.

honorant, ut neque divina immundis tractabilia sint, neque mirabilium agalmatum studiosi contemplatores tanquam veris remaneant figuris. Et divina honorificant veris negationibus, et ad novissima conpacterum resonantiarum, diversis similitudinibus. Tali, inquit, modo figurarum omnes theologi, quos nunc theosophos, hoc est divina sapientia appellat, et omnes prophetae occulto sancti Spiritus inspiratione formati, distinguunt sancta sanctorum a sanctis incontaminatis. Ac si aperte diceret: a sanctis et incontaminatis dissimilium imaginationum symbolis, quae non immerito incontaminata dicuntur, quoniam divino Spiritu in mentibus theologorum et prophetarum descripta sunt. Sancta sanctorum, id est spirituales essentiae, ipsaque divinitas discernuntur per theologos ineffabili summae sapientiae administratione, ita ut et illa symbola sancta et immaculata ab his qui intelligunt quae per ea significantur, honorabiliter venerentur, et sancta sanctorum, quorum imagines sunt, ab eis longe segregentur intellectuali discretione. Divina itaque symbola sunt sancta sanctorum, hoc est sancti intellectus sanctorum. Et dissimilem sanctam figurationem honorant, hoc est sancta illa divinarum rerum figuratio, quamvis longe dissimilis sit ipsis intellectibus per eam significatis, honoratur a sanctis theosophis atque prophetis. Duo enim sunt res, quae significantur, purae intelliguntur, ipsas prius honorant, quoniam divinae et supermundanae sunt. Consequenter etiam earum figurationes, sive ex superioribus materialis creaturae partibus, sive mediis, sive novissimis, translatas non immerito venerantur, intellectuali quoque distinctione et discretione, res ipsas non figurationibus segregant. Nec figuras pro veris intellectibus, nec veros intellectus pro figuris approbant, sed omnibus, remota omni confusione, suas definitiones et cognitiones distribuunt.

39. Ac veluti quis interrogaret, cum sancta dissimilia symbola sanctorum intellectuum a theologis et figurantur et honorificantur, rationabilius quippe videretur similia symbola sanctis intellectibus configurari, quam dissimilia; redditur causa dissimilium significationum. Ad hoc, inquit, quod quaeris, repertum est ut neque divina tractabilia sint, hoc est quod neque divini intellectus pervii et patefacti fierent immundis, pollutis videlicet hominibus delictorum impietatisque vel etiam superbiae sordibus contaminatis, quibus nec sensibilia divinarum rerum licet videre sacramenta, quanto minus tractare. Quoniam dum divina sacramenta conspiciunt, veluti puerilia et ludibria, et nullius spiritualis intellectus significativa contemnunt. Et notandum quod in eo loco, quo transtulimus *tractabilia*, in graeco scriptum est εὐχείρωτα, quod nos possumus dicere *facilia*, ut talis sensus sit: propterea divini sapientes sacramenta divinarum rerum, dissimilia ipsis rebus, obscura, inepta, ex materialibus assumpta conformantur, ne divina mysteria facilia fierent ad intelligendum immundis animis indignisque cognitione veritatis. Et haec una causa dissimilitudinis sanctarum imaginum. Altera vero est, quam subsequenter adiungit dicens: *neque mirabilium agalmatum studiosi contemplatores, tanquam veris remaneant figuris.* Ad hoc etiam obscurae et dissimiles imaginationes factae sunt, hoc est neque finem suae speculationis ponant, qui studiose mirabilia agalmata, divinas scilicet imaginationes contemplantur in ipsis figuris, putantes eas veras esse, ut nec figurativas, neque ultra eas virtutem internae contemplationis erigere volentes. Talis siquidem error multos in primo omnes invasit, et adhuc invadit, ex-

existimantes divina sacramenta nil aliud significare praeter se ipsa (1), ac per hoc approbantes falsa pro veris, et se ipsos falluut, et simpliciores decipiunt, remanentes in figuris, in earum vero mysticum intellectum mentis aciem surgere negligentes. De talibus ait apostolus: littera occidit, spiritus autem vivificat. Omnem quippe, qui nihil ultra quod sentit existimat esse, littera occidit, quoniam spiritum, id est ipsius litterae intellectum, neque valet neque vult attingere. Ubi notandum quod beatus apostolus non illam solummodo litteram (dicit) quae imago vocis est, sed generaliter omnes mysticas figuras sive in dictis, sive in factis, sive in rerum sensibilium imaginationibus descriptas, in totius divinae scripturae serie, per quas veritas rerum spiritualium et supermundalium arcane, ad exercitationem humani animi, et a terrenis ad caelestia subvectionem significantur. Agalma autem, ex quo singulari nominativo pluraliter agalmata flectitur, multipliciter etiam ab ipsis Graecis intelligitur. Agalma enim dicunt omnem expressam imaginem, quae intuentibus laetitiam efficit. Agalma quoque dicunt idolum vel simulacrum, ipsi cuius imago similitudo est, simillimum. Agalma quippe dicitur quasi ἄγαν ἄλμα (2), hoc est valde excelsum.

40 Et divina itaque honorificant mysteria sancti theologi vero negationibus, hoc est per negationes, quae vere de divinis significationibus verae sunt negationes, affirmationes vero metaphoricae, ac veluti extrinsecus adiunctae, aut omnino incompactae, hoc est non proprie. Et non solum per negationes vere divina honorificant, verum etiam per diversas similitudines, vel ut expressius transferatur per alienas similitudines compactarum imaginationum ad novissima, ad materialium videlicet et corporalium rerum formas et species. Ut enim superius confectum est, sicut plus divina honorificari, hoc est expressius significari, per veras negationes,

A f. 20 B quam per translatas affirmationes possunt, ita plus et significantius eadem divina per alienas similitudines novissimarumque materialium rerum imaginationes, quam per pulchras caelestium rationabiliumque rerum formas mentibus humanis insinuentur. Quemadmodum namque de Deo praedicat qui dicit: invisibilis est, non est substantia, non est essentia, nihil est eorum quae sunt, superat enim omne quod dicitur et intelligitur, ita non proprie sed translative de eo qui dicit: essentia est, substantia est, bonitas est, veritas est, ceteraque horum similia. Ac per hoc sicut ipsum magis honorat qui negat esse quid, quam qui eum affirmat quid esse, ita plus eum significat atque honorat, qui figuram bestialem illi circumdat, quam qui in humana effigie auro gemmisque decora, pretiosaque indutā vestimenta, caelestibusve splendidissimis corporibus circumscriptā ipsum imaginat. Fallitur namque animus inspiciens, dum pulchra de Deo cogitat, putat enim eum sic subsistere. Non autem decipitur, dum de ipso bestiales turpesve confusasve formas tractat: naturali enim ingenio veraque ratione ductus, omnino eum sic esse fiducialiter negat. Sequitur: *Nihil ergo inconsequens, si et caelestes essentias ex inconvenientibus dissimilibus similitudinibus reformant secundum dictas causas.* Non irrationabiliter, inquit, secundum praedictas causas, neque inconsequenter sancti theologi caelestes essentias per inconvenientes, aut ut significantius transferatur, per obscuras dissimilesque conformant similitudines.

(1) Recole dicta ad adnotata superius p. 9 et 11.
(2) Ita legi potest in codice A; in B. autem mendosius scriptum est.

41 Hactenus de expositione sanctarum imaginationum supermundanorum intellectuum Deinceps apologia est cur in hanc venerit inquisitionem. Sic igitur defensionem suam aggreditur. *Non enim fortassis utique nos in quaestionem quidem ex indigentia in anagogen quoque per diligentem divinorum scrutationem veniremus* Et utique non veniremus nos in hanc quaestionem de mysticis sanctae scripturae imaginationibus ex indigentia, hoc est ex inopia intelligentiae Non enim nos latebat mysticus sanctarum figurationum intellectus neque in anagogen, hoc est in reditum ad superiora ducentem per diligentem divinorum symbolorum scrutationem veniremus, *nisi deformitas nos extorqueret manifestatoriae angelorum formationis, non sinens nostrum animum remanere in dissimilibus formarum facturis, sed reluctantem negare materiales passibilitates, et assuescentem pure extendi per visibilia in supramundanas altitudines* Ac si diceret in huius quaestionis quae de divinis symbolis est, diligenti investigatione non descenderemus, si non deformitas ac veluti turpitudo formationum, quae angelicas virtutes in divinis scripturis manifestant, veluti invitos cogeret et extorqueret. Quae deformitas non sinit nostrum animum remanere in dissimilibus divinorum intellectuum formationibus (hoc autem dicit condescendens his qui carnaliter divina accipiunt symbola) sed sinit nostrum animum luctari adversus falsas phantasias vana cogitantium, et negare materiales passibilesque spiritualibus carnaliter inesse substantiis, et assuescentem, hoc est discentem, nostrum animum sinit pure extendi, in incontaminate videlicet invisibilia per visibilia sacramenta in supermundanas divinorum intellectuum excelsitudines. Et hoc breviter concludit dicens *tanta quidem a nobis dicta sint, propter materiales et inconvenientes divinorum eloquiorum angelicarum imaginum descriptiones* A. C. 30. B.

42 Post vero apologiam sequentis operis, brevis sequitur divisio Ait enim *deinde autem segregare oportet, quid ipsam quidem esse hierarchiam aestimamus, quid ipsa hierarchia prout hierarchiam sortientibus* Hoc est oportet nos de caetero segregare, certis scilicet terminis definire, quid ipsam generalem hierarchiam, id est pontificatum, arbitramur esse, quid ipsam generalem videlicet hierarchiam sortientibus, prodest unaquaeque specialis hierarchia Tota siquidem huius operis intentio est de generali pontificatu, deque eius formis tractare Sequitur oratio *dux vero et sermonis Christus, siquidem mihi fas dicere meus, totius hierarchiae manifestationis inspirator.* Dux, inquit, sermonis mei, si licet mihi dicere, Christus meus, a quo incipit et inspirata tota pontificalis configuratio. In fine vero totius capituli Timotheum episcopum Ephesi, vel certe omnes qui hunc sermonem lecturi forent, alloquitur inquiens. *Tu vero, o puer, secundum sanctam nostrae sacerdotalis traditionis legislationem, ipse sancte et decenter ausculta mentaliter, dictorum divinus in Deo et in doctrina factus, et secreto animi quae sancta sunt circumtegens, ex immunda multitudine tanquam uniformia custodi. Non enim fas, ut eloquia aiunt, in porcos proicere invisibilium margaritarum inconfusum et luciformem beneficumque ornatum* His verbis hortatur omnes ministros divinorum sacramentorum, sicut sacerdotalis promulgatio tradit, ut ipsi sancte et honeste divinis auscultent dictis divini in Deo, et in divinis doctrinis perfecti, et ut in secretis animis sancta mysteria circumtegant, et ex immunda carnaliter cogitantium, spiritualisque penitus, ignorantium multitudine (quae indigna est non solum visibilium

sacramentorum, verum etiam eorum intelligentia) custodiant mysteria quae uniformia sunt. Unum enim significant, in quo omnia unum sunt. Prohibet enim divina scriptura invisibiles margaritas divinorum intellectuum in porcos, hoc est in * dicit dumt in II. I. 60. b. superbos immundosque homines proicere; earum margaritarum dico * distinctum luculentum beneficumque, hoc est amantes et intelligentes se, benefacientem et deificantem ornatum.

CAPITULUM TERTIUM (1)

A. I. 76 b. 1 *Est quidem hierarchia, secundum me, ordo divinus et scientia et actio,* * B. f. 38 b. similiter. *deiformis, quantum possibile est, simulata * iuxta inditas ei divinitus illuminationes, proportionaliter in Dei similitudinem ascendens.* A definitione hierarchiae capitulum inchoat. Est, inquit, hierarchia secundum me, hoc est, quantum mihi videtur, hierarchia est ordo divinus et scientia et actio. Tribus itaque partibus definitionem hierarchiae concludit. In omni siquidem divino pontificatu haec tria considerare necesse est: quo ordine, qua dignitate, quis constituitur et perficit et perficitur; quantum in notitia, hoc est in scientia et disciplina divinorum rerum et illuminatur et illuminat, et quotenus in actione mandatorum proficit, et purgatur et purgat. Ac per hoc perfectus animi habitus, in ordine, cognitio vero, mandatorum custodia in actione perficitur. In hoc enim trigono, universalis ecclesiae sive in caelo sive in terra plenitudo formatur. Hinc est quod summi boni, a quo haec tria procedunt, confessio trina est. Hinc etiam rationabilis creaturae ad Deum suum conversio triformis est, fide siquidem et spe et caritate reformatur, inque naturalem sui dignitatem et gratiam revertitur.

* B. definitione. 2 Et notandum quod theologus mutatione * definitionis hierarchiae usus est. Ipsa siquidem definitio directum currere videtur sic: hierarchia est actio et scientia et divinus ordo. Praecedit enim in ascensionibus virtutum actio divinorum mandatorum, per quam purgatur interior animi oculus, sive rationalis sive intellectualis creaturae, ut intimos summi boni radios in omnia diffusos valeat sustinere, omni vana phantasia, omnique vitiorum caligine liber et absolutus. Deinde scientiae aspectus sequitur, qui omnia quae post Deum sunt naturali motu appetit intueri, omneque quod viribus intelligentiae potest suspicere, ad laudem creatoris referre. Hinc in ordinem suum perfectissimum dico divinae contemplationis habitum subvectus, iuxta donatam sibi gratiam unusquisque ascendit, hoc est in ipsum Deum, cui si-A. f. 38 b. milis erit, et in quo incommutabiliter stabit. Et hoc est quod sequitur deiformis quantum possibile simulata, id est similis et ipsa hierarchia omnesque participes eius deiformi formae omnium scilicet, quae Deus est, quantum possibile creaturae creatoris similitudinem participare, inque ipsam ascendere proportionaliter et congruenter iuxta inditas ei divinitus illuminationes, sive per naturam rationis et intellectus dignitatem, sive per gratiam quae participantes se supra naturales illuminationes in ipsum Deum sublevat.

3 Post definitionem vero hierarchiae, laus summae bonitatis sequitur, cuius

(1) In utroque codice nihil est Scoti expositionis ad capitulum tertium, ultra id quod nos infra exhibemus. Deinde in utroque pariter codice carent eiusdem Scoti expositione capitula IV. V. VI.

similitudinem omnis appetit hierarchia. *Divina pulchritudo ut simplex, ut optima, ut τελεταρχικὴ, pura quidem est universaliter omni dissimilitudine, distributiva vero secundum dignitatem uniuscuiusque proprii luminis, et perfectiva in mysticis divinissimo, secundum ad se ipsam perfectorum compacte ad immutabilem formationem.* Pura, inquit, est et omnino omni dissimilitudine munda et absoluta divina pulchritudo. Non immerito, quia simplex est, quia optima, quia perfectionum et illuminationum principalis. Nam et ipsa simplex et optima divina pulchritudo, cui adhaerere, similisque ei fieri, omnisque vita purgata naturali appetit desiderio, non aliam ob causam τελεταρχικὴ a sanctis theologis meruit vocari, propter quod τελετάρχης est, hoc est hostia principalis et purgativa rationalis et intellectualis creaturae. Purgat enim caelestes animos ab ignorantia summi boni, ipsosque superbo et irrationabili motu, quo apostatae spiritus in aeternum praecipitati sunt tormentum. Purgat humanos animos ab omni nebulosa caligine, qua impeditus oculus mentis, quem philosophi rationem dicunt, ne veritatem possit conspicari, eiusque pulchritudine delectari. Purgat ab omni reatu mortis postremo ab ipsa morte purgat aeterna. Non enim purgationis initium est domini nostri Iesu Christi humanitas, quamvis ipsa pro purgatione totius mundi sancta et unica hostia immolata sit, sicut scriptum est, sanguis Christi filii eius, Patris videlicet, mundat nos ab omni delicto, sed ipsa ea divinitas, quae non et Patris et Spiritus sancti unus Deus, totius purgationis et illuminationis et perfectionis est principium. Non quod illa hostia, id est divinitas illa superiori se immolaret, quia supra se nihil est, sed quod eo modo loquendi, quo tam perfectum significatur, hostia dicitur. Ac per hoc quoniam ipsa causa et principium purgationis est, non incongrue purgatio dicitur et hostia, cum plus quam hostia sit. Hinc ipse Dionysius in negationibus mysticae theologiae (1) ait *neque hostia* est, volens de ea praedicare plus quam hostiam esse, et hostiarum principium. Propterea subiunxit: *distributiva vero*, ipsa videlicet divina luminum dationis susceptivum, vel sicut placuit transferri, superexcellentissimae illuminationis susceptivum, hoc est capax.

4. *Interpretatio igitur hierarchiae est ad Deum quantum possibile similitudo etc.* Nunc (2) ad susceptam revertitur explanationem. Si forte quaeris quod sit hierarchia, respondebimus tibi interpretantes, id est exponentes quod interrogas. Et dicimus quod hierarchia est similitudo et unitas ad Deum, quantum possibile est rationali creaturae imitari per bona opera creatorem, quatenus ei sic in omnibus prout fas est assimuletur, ut unitas ei quaedam sit ad Deum. Qui enim adhaeret Domino, unus spiritus est, et quicquid sciret vel fecerit, ipso duce sciat vel faciat. Secundum vero est, quod ἀναθεῖς quod hinc translatori interpretationem dicere placuit, latine intuitio vel intuitus, sed etiam speculatio, interpretatur, unde et episcopus superintendens vel speculator dicitur. Et congruum satis est ut hierarchiae intentio, sit ad Deum similitudo et unitas, ut Deo similis esse et inhaerere semper intendat et studeat. Sequitur: *Et ad ipsius divinissimum decorem immutabiliter definiens quidem, quantum vero possibile reformat* ad divinum decorem se vel subditos suos.

(1) Lege de his negationibus in mystica Dionysii theologia capitula I, et V.
(2) Quae sequuntur usque ad cap VII. in solo codice B f 40 b servata sunt, et quidem inscriptione Iohannis Scoti.

Haec de utraque hierarchia, id est ecclesiastica vel angelica pariter intelligi possunt. Nam et caelestes essentiae in divinam imitationem se ipsas invisibiliter reformant, quantum possunt, ad eius similitudinem supermundanae sequentes, et intellectualem suam speciem reformare appetentes. Sequitur *Et suos laudatores agalmata divina perficit. Specula clarissima et munda, receptiva principalis luminis, et divini radii, et inditae quidem claritatis sacrae repleta, eam iterum copiose in ea quae sequuntur declarantia secundum divinas leges.* Agalma, sicut iam diximus, interpretatur imago. Hierarchiae enim laudatores sancti, sunt qui recte vivendo mente et operibus hierarchiae concordant. Hucusque enim quid hierarchia sit ostenderat, et nunc quid hierarchia praestet innuit. Quia ergo hierarchia Dei similitudinem habet, consequens est ut hierarchas perficiat deiformes. Hoc est quod ait divina agalmata, id est divinas imagines, et specula clarissima munda: ut sicut in speculo clarissimo videntur imagines, sic imago divinae bonitatis in eis resplendeat. Unde subditur *receptiva principalis luminis et divini radii.* Proinde sequitur *et inditae*, id est interius datae, *claritatis repleta, eamque iterum copiose in ea quae sequuntur declarantia.* Id est praepositi subiectis suis divinum lumen monstrant *secundum divinas leges.* Divina lex est, secunda per prima in divinum reduci. Et de supernis autem essentiis facile hoc est intelligere. Nam hierarchia suos laudatores, id est superiores angelorum ordines divina perficit agalmata, id est perfectiorem atque sublimius ad divinam format imaginem, et perficit eos specula clarissima et munda, receptiva principalis luminis et divini radii: ut sicut in speculo imago, sic in eis divina similitudo appareat, ac divinae lucis radius refulgeat. Nam sicut alio loco idem caelestis scriptor asserit, deiforme illis donatum est, et alacere in se occultam bonitatem, et esse angelos tamquam enunciatores divini silentii, et ut luminaria clara in abditis existentis interpretativa praemissos. Itemque. Si enim enuntiat bonitatem divinam deiformis angelus illis exteris secundum participationem, secundoque ipse, sive causam[a] enuntiat prima, imago est Dei angelus, manifestatio occulti luminis, speculum purum splendidissimum, immaculatum, incontaminatum, incoinquinatum, recipiens totam, si castum fuerit dicere, speciositatem bene formatae deiformitatis; et pure declarans in se ipso, sicut possibile est bonitatem, quae est in abditis. Superiores autem virtutes inferioribus patefaciunt divinas revelationes.

[a] dubia lectio.

CAPITULUM SEPTIMUM

1 *Nunc nos recepturi sanctarum hierarchiarum ordinem, dicimus quia omnes caelestium intellectuum cognominationes declarationem habent uniuscuiusque deiformis proprietatis. Et quidem sanctam seraphim nominationem (quae Hebraeorum sunt) scientes aut incendentes manifestare, aut calefacientes. Eam vero cherubim multitudinem scientiae aut fusionem sapientiae etc.* (1)... Habent siquidem gnosticam virtutem, id est scientiae habitum, habent deividum. Deum videlicet considerantem speculationem, et supereminentissimae contemplationis capacitatem. Habent theoreticam, hoc est contemplativam scientiam praeoperatricis virtutis divinae deco-

(1) Hunc Dionysii supplemus. Etenim in codice A. f. 59 a. fit saltus a verbo mutile capitulo ad tablum acephalum septimi, sine ullo lacunae indicio

veritatis. Habent plenitudinem sapientificae traditionis doctrinae, scilicet quae capaces sui animos sapientes efficit. Habent communicationem abundantem ad secunda, hoc est ad sequentes ordines, fusionem datae sapientiae, vel ut planius transfertur, fusione donatae sapientiae. Ut sit sensus: sequentibus se ordinibus communicant fusionem, hoc est ad fusionem vel infusionem donatae eis primo sapientiae, et per eos sequentibus se diffusae. Prius siquidem ipsa summa sapientia, quae Deus est, in eos diffunditur immediate. Deinde per eos in inferiores fusio illa defluit, iuxta flumina deorum salientis.

2. Post explanationem nominationum seraphim et cherubim, significationem thronorum vocabuli exponendam consequenter ingreditur (1). *Ipsa autem altissimarum et compactarum sedium omni diligenter exaltari ignominia subiectionis, et ad summum supermundane sursum ferens, et ex omni extremitate inaffabiliter in sublimissimum et circa vere excelsum, totis virtutibus incommutabiliter et stabiliter collocatum, et divini superadventus in omni impassibilitate et immaterialitate acceptivum et deiferum, et familiariter in divinas susceptiones apertum.* In hac sententia, quoniam quaedam excelsissimarum et sublevatarum sedium omni diligentia extolli circumcalcationis vel deambulationis minoratione, et sursum supermundane ferens et omnis extremitatis inflexibiliter sursum positum, et circa vere excelsissimum universalibus virtutibus immobiliter et ponderose fundatum, et divini superadventus in divinas susceptiones suggestum. Ipsa, inquit, supernorum similiter subauditur nominatio altissimarum et compactarum vel sublevatarum sedium. Ex ambiguo enim graeco translatum *ἐπηρμένων*, quod utrum a verbo ἁρμόζω (2), id est *compingo* vel *adapto*, an a verbo ἐπαίρω, id est *extollo* derivetur, dubium est.

3. Docet hoc diligenter. Quid docet? Exaltari plane suas sedes, vel extolli ab omni ignominia, vilitate scilicet subiectionis, vel expressius translatum, ab omni circumcalcationis seu deambulationis minoratione. Et est sensus: thronorum nominatio docet excelsissimas divinas sedes diligenter exaltari ab omni ignominia subditae multorum pedibus infirmitatis, et ab omni loco humili, qui circumcalcantium et deambulantium plantis teritur et minoratur, hoc est humiliatur et supponitur. Ut ergo altissima a communi omnibus planitie, quae velut ignominiose undique calcatur, et deambulatur, in edita atque sublimia exaltantur, ita thronorum summus ordo, in quibus sedet et regnat et iudicat omnis divinitas, superexaltatus est, et a communi omnibus humilitate remotus, id est omni materiali A f. 22. b. creatura humilique. Et hoc apertissime thronorum nominatio docet. Docet etiam eorum virtutem, quae eos supra mundum in summum bonum subvehit, et ab omni extremitate corporalis creaturae, quae veluti in comparatione intelligibilium rerum vilis humilisque videtur, in sublimissimum inaffabiliter sublevat, Deum videlicet qui sublimissimus est, cuius participatione ipsi throni sublimes sunt. Docet illud collocatum vel fundatum, hoc est collocationem et fundamentum totis virtutibus incommutabiliter et stabiliter ac ponderose circa vere excelsum, summum videlicet bonum, quod sicut vere bonum, ita etiam vere excelsum est. Nec non acceptivum

(1) Abhinc incipit Scoti etiam in codice B f. 61 b, ubi in margine sic animadvertitur: *hic iterum incipit exponere Iohannes scotus qui a tertio capitulo usque huc intermisit*.
(2) Hinc ἁρμός, compages.

docet, hoc est acceptione divina desuperadveniens absque passibilitate et materialitate, sed in omni impassibili immaterialitate, superant namque omnem passibilem materiam. Deiferam quoque docet, hoc est deigenam eorum virtutem. Deum namque subferunt et subvehunt famulariter, hoc est obedienter laudant ipsum a quo ferunt et subvehunt omnia. Non enim subfertur, sed subfert, non subvehitur, sed subvehit. Neque sedet in aliquo, qui in se sedere, hoc est quiescere, facit omnia. Docet apertum, vel sicut planius transfertur suggestum, hoc est sedile in divinas susceptiones, id est divinorum plane intellectuum receptiones, paratos atque apertos repandique, et ad divinam sessionem habiles. Haec quidem nominum ipsorum quantum ad nos declaratio. Haec est, inquit, quantum nobis videtur et a nobis intelligitur expositio nominum trium ipsorum primae hierarchiae ordinum.

4 *Dicendum vero quam hierarchiam eorum aestimamus.* Sed dicere, ait, oportet nos quam hierarchiam, hoc est qualem hierarchiam eorum arbitramur esse. Omnis quidem eorum hierarchiae speculationem, Deum imitanti deiformitate dependentem inflexibiliter esse, et dividi omnem hierarchicam actionem in participationem sacram, et traditionem purgationis purae et divini luminis et perfectivae scientiae, sufficienter iam a nobis dictum esse arbitror. Omnis, inquit, hoc est universalis hierarchiae speculationem definitionem plane Deum imitanti deiformitate dependentem, id est quae desuper pendet, originemque ducit ex similitudine divinae formositatis. Superius siquidem in tertio capite universalem hierarchiam definivit dicens: *hierarchia est ad Deum, quantum possibile, similitudo et unitas, inflexibiliter esse*, id est incommutabilitas, *sufficienter iam a nobis dictum arbitror.* Arbitror etiam sufficienter dictum, dividi omnem hierarchicam actionem, vel sicut planius transfertur cogitationem, in participationem sacram ipsius principalis omnium hierarchiae, quae est divinitas, et traditionem per superiora inferioribus, purgationis purae, nulla dissimilitudine intermixta, et in divini luminis similiter participationem et traditionem, et imperfectivae scientiae eodem modo participationem et traditionem.

A. 2. m. a.

5 Quoniam in praefato tertio capitulo hunc triplicem totius hierarchiae praedixit modum, purgationem videlicet et illuminationem et perfectionem, primo enim purgat participantes se, deinde illuminat divinorum intellectuum scientia, postremo perficit in ipsius scientiae incommutabili habitu. *Nunc autem dicere digne prosequamur excelsissimos intellectus, quomodo iam secundum eos hierarchia ab eloquiis manifestatur.* Ac si diceret: quoniam superius totius hierarchiae et definitio et divisio sufficienter a nobis dicta est, nunc prosequamur digne dicere excelsissimos divinos intellectus, principales scilicet primae hierarchiae ordines, hoc est quaeramus quomodo hierarchia, quae secundum eos est, quae scilicet in eos constituitur, in sanctis manifestatur eloquiis. *Primis essentiis, quae post substantificam earum thearchiam collocatae, et veluti in vestibulis ipsius ordinatae, omnem invisibilem et visibilem superexcellentes factam virtutem, propriam aestimandum est esse, et omnino aequiformem hierarchiam.* Ordo verborum, aestimandum est, iudicandum plane propriam et omnino aequiformem, aequalem scilicet, in ordinibus suae hierarchiam esse substitutam, in primis caelestibus essentiis, quae post substantificam earum thearchicam divinitatem profecto collocatae sunt, ac veluti in

vestibulis ipsius, proximis videlicet ipsi ordinibus, ordinatae superexcellentias omnem invisibilem et visibilem factam virtutem Primas siquidem caelestes essentias, in prima hierarchia collocatas et ordinatas, omnem factam supereminent virtutem. *Puras igitur eas aestimandum, non ut immundis maculis et inquinationibus liberatas, neque ut materialibus receptas phantasiis, sed ut omni subiectione mundas et altiores, et omni superfirmato templo, secundum excelsissimam castitatem, omnibus deiformibus virtutibus supercollocatas*

6 Iam de laude qualitatum primae hierarchiae copiosius incipit tractare *Puras* igitur, inquit, hoc est omni dissimilitudine mundas, eas primas videlicet essentias caelestium hierarchiarum aestimandum, vel sicut planius transfertur, *dicendum*, non ut immundis maculis et inquinationibus liberatas. Ac si aperte diceret non sicut nos homines mortales ab immundis maculis delictorum et inquinationibus totius nostrae immunditiae, divina gratia nostram purgationem operante et cooperante liberamur, ipsae liberantur Neque sicut nos materialibus phantasiis, hoc est falsis materialium rerum variisque imaginationibus, quibus maxime carnalis animus carnaliter plane vivens, in rerum temporalium cupiditatem opprimitur, diversorumque errorum anfractibus seducitur, et quod omnium perniciosissimum est, ab amore A. 1. 36. 3. et cognitione veritatis elongatur, divina gratia nos revocante recipimur, ipsae receptae. Nunquam enim delictorum sordibus contaminatae, nunquam materialibus phantasiis vel oppressae vel depravatae, vel a contemplatione summi boni sepulcae sunt, sed ut omni subiectione, vel sicut expressius transferri potest minorationis, hoc est ab omni materialium mortalium localium temporaliumve rerum contemptibili, in comparatione caelestium essentiarum, immaterialium, immortalium, omni locali et temporali motu carentium, vilitate et extremitate mundae, et altiores astutas, videlicet caelestibus essentiis. Et hoc est quod sequitur *omni superfirmato templo*, vel ut simplicitas transfertur, omni superfirmato sacro. Nam ἱερὸν omne sacrum Graeci vocant, et maxime templum Supercollocatas omnibus Dei formissimis virtutibus, omni capacissimo templo, omni perfecto modo et reconciliato spiritu, in quo Deus et habitat et colitus, supercollocantur

7 Sequitur *Et proprio per se motu, et eodem motu, secundum diligentis Deum inconversibile ordinis, inflexibiliter receptas* A superioribus subauditur, et aestimandum vel dicendum receptas esse, primas videlicet essentias inflexibiliter Fieri enim non potest, veluti circulari motu seu sphaerico revolutas proprio per se motu qui ex omnes ipsis est, quoniam per se moventur, et eodem motu Est enim uniformis motus earum, quoniam variatio de eo praedicatur, motus stabilis, et status mobilis. Et hoc est quod sequitur, secundum inconversibile diligentis Deum ordinis. Omnis siquidem ordo Deum diligens inconversibilis, hoc est nullo modo variabili motu, sed semper uniformi circa Deum volvitur Quod autem sit proprio per se motu, diligens indaget inquisitione Si enim a Deo omnia moventur, ut vera docet ratio, quomodo caelestes essentiae, et maxime primordiales circa Deum, proprio per se motu moveri dicuntur? Nam si quis dixerit omnis creatura a summo usque deorsum suum proprium possidet motum, naturalem videlicet, quaeratur ab eo quid igitur magni est, si in laude caelestis et excellentissimi ponatur throni? quod non minus pertinet ad laudem vermiculi, si unaquaeque creatura suum ha-

bet naturaliter motum. Sed fortassis in hac quaestione, non irrationabiliter est dicendum: omne quod a superiori se creatura non movetur, sed ab ipsa sola causa omnium immediate principium sui motus accipit, a nullo moveri non immerito dicitur, quoniam causa motus sui supersensualis est, et superat omne quod est, eo quod non est. Ceteri vero universitatis conditae ordines, quamvis in una causa omnium, motus sui principium constituant, non tamen immediate ab ipsa, sed gradatim per superiores semper inferiores et moventur et administrantur.

A. f. 95 a 8 Pulchre igitur excellentissimi caelestium essentiarum ordines *autokinetoi*, hoc est per se moti, et sunt et nominantur, quoniam per se ipsos movent, et a se ipsis moventur. A nullo enim superiori se moventur, nisi ab ipso Deo, qui nullius proprie principium motus est, quoniam omnium generale est: quod autem generale est, nullius proprium est. Hac ratione non solum primordiales omnium rerum *autokinetoi*, verum etiam excellentissimi caelestes ordines concipiuntur. Humana quoque anima a philosophis *autokinetos*, hoc est per se ipsam mota non irrationabiliter nominatur, quia nulla creatura propinquior est Deo. Et si non peccasset homo, non indiguisset angelorum ministerio, nec administraretur per aliquem superiorem se ordinem, quoniam nullus superior illa fieret ordo (1), quemadmodum nec erit, quando in pristinum naturae suae revocabitur dignitatem. *Et in subiecta contumeliam omnino nescientes*, hoc est quamvis in sublimitate universalis creaturae post Deum constitutae sint, omnino tamen in ea quae subiecta sunt, contumeliam, vel sicut plenius transfertur, contemptum facere nesciunt. Et non hoc solum, verum etiam in amorem et cognitionem communis creatoris subditos sibi ordines admonent et revocant.

9 Quod consequenter subiungit. *Sed incasualem, ut et intransmutabilem, habentes propriae deiformis specialitatis purissimam collocationem*. Hoc est non solum contemptum in subiectos sibi nesciunt, verum etiam habent incasualem et intransmutabilem purissimam collocationem, propter deiformis specialitatis. Purissimam quippe collocationem, fundamentum plane habent incasualem, quod nunquam ruit. Et merito, quia intransmutabilis est, nescit enim moveri. Et quae sit illa collocatio, quod fundamentum, propria plane deiformis specialitas, quam omnis appetit creatura, sive sciens quod appetit, sive nesciens, omnino casu et transmutabilitate caret, nulli creaturae a se conditae iniuriam seu contemptum infert. Ita excellentes essentiae ipsi formae simillimae atque proximae, omnem illam sequentes et imitantes, in incommutabili naturae suae statu, et pulchritudine divinae principalis exempli, quam aliqua sui dissimilitudine sequuntur, ineffabili erga sibi subiectos pietate et caritate moventur, nullum eorum perire, aut in aliquo contemni sinentes.

10 *Contemplativasque iterum sensibilium symbolorum aut intellectualium speculationis*. A superioribus subauditur, aestimandum quoque eas contemplativas esse sensibilium symbolorum aut intellectualium, ut subaudiatur similiter symbolorum speculationis. Quae sententia dupliciter potest intelligi, ut sensus sit: sensibilium symbolorum aut intelligibilium contemplativae sunt speculationis, hoc est occultae intelligentiae. Ut enim intellectualium, ita etiam sensibilium symbolorum contemplantur intellectum. Sensibilia autem symbola sunt, quorum intellectum caelestes

(1) Errat Scotus dum nimis humanae naturae parem facere angelicae videtur.

virtutes contemplantur, ceteris legis sacramentis, verbi gratia tabernaculum, et omnia quae in eo fieri Dominus praecepit. Deinde visiones prophetarum in variis formulis atque figuris. Postremo ecclesiastica novi testamenti mysteria, quorum omnium intimum lumen sancti angeli clare perspiciunt. [illegible]

11. Quae sunt vero intelligibilium symbola, non facile nobis occurrit, nisi forte dicamus ipsas theophanias, in quibus eis species veritatis per se omni intellectui visibilis, modo quodam nobis adhuc incognito; intellectualia symbola, hoc est materiali rerum similitudine carentia, ipsis esse; ita ut ipsas theophanias, hoc est divinas apparitionibus, quas intellectuali oculo contemplantur, intimos divinos intellectus percipiant. Quemadmodum per sensibilia symbola, quantum datur nobis intelligere, quaedam divina occulta mysteria cognoscere iubemur. Potest et sic intelligi: contemplativas * esse sensibilium symbolorum excellentes essentias existimandae sunt, aut contemplativae speculationis, hoc est cognitiones intellectualium qualiumcumque essentias. Non enim cognitionis subaudire in utroque symbolorum, sed absolute solummodo contemplativas intellectualium, ut quodcumque cuilibet probabilius videatur, subaudiatur sive rerum, sive arcanorum, sive virtutum, sive huiusmodi similia. Sed quemadmodum caelestes essentiae, dum sint omnino incorporales, sensibilia contemplantur symbola, non parva indiget indagine, nisi forte dicamus, eas spiritualium corporum habitudinem induit, ut sensibilia per sensus cognoscant. Vel credendum est, eas non solum intellectualia, verum etiam sensibilia absque ullo corporalium sensuum adminiculo cernere posse, sicut Helisaeus Neeman syrum se in Iordanum lavantem spirituali oculo vidit. *Neque ut varietate sacrae scripturae theoriae in divinum reductas.* Sed ut omnis immaterialis scientiae altioris luminis repletas, *et formificae et principalis pulchritudinis, et superessentialis, et ter lucentis contemplationis, quantum fas, refertas.* [illegible]

12. Neque, inquit, aestimandum contemplativas esse eas sensibilium symbolorum, et intellectualium rerum speculationis altae plane intelligentiae ut reductas, hoc est quasi reductas in Deum, ex varietate theoriae sacrae scripturae. Non enim sicut nostra mens, quae praeveniente divina deducit intellectus, ad eosdem iterum per varietatem et multiformitatem sacrae scripturae contemplationis seducitur, ita principales essentiae primae hierarchiae in Deum seducuntur, sed sicut adiutas omni immateriali scientia altioris, diximus videlicet, luminis et refertas, quantum fas est, hoc est quantum licet creaturae formificae et principalis pulchritudinis, superessentialis et ter lucentis contemplationis. Plenae siquidem sunt supermundanae scientiae luminis, quod superat omne lumen, et causalis pulchritudinis, quae formificat omnia, et superessentialis contemplationis. Ideo autem dicitur caelestium essentiarum ceteras supereminentium hierarchia plene contemplationis, superessentialis et ter lucens, vel ter apparens, vel ut simpliciter transferatur trilucens, quoniam ante alias inferiores essentias, superessentialitatem totius universitatis causam immediate conspicatur; quae etiam trilucea non immerito dicitur, quoniam ter lucet. Siquidem in tribus substantiis, unius eiusdemque essentiae, clarissime sutilat se quaerentibus pie, et intelligentibus vere. Lucet enim in patre, a quo omnia. Lucet in dono, quo beata sunt omnia. Et notandum, quod ubi transtulimus pulchritudinis, ibi in graeco καλλοποιοῦ, quod potest transferri et [illegible]

formae et pulchritudinis. Nec distat sensus. Nam divina bonitas, sicut et formifica, ita et pulchrifica est omnium.

13. *Communicatione autem Iesu similiter dignefactas.* Vel, ut simpliciter transfertur, Iesu autem communione similiter dignos. A superioribus supplitur, aestimandum digna esse communione, participatione scilicet Iesu. Similiter autem dixit, ut intelligamus quod sicut praefatis virtutibus, ita et Iesu communione dignos, quia tres ordines primae hierarchiae similiter, hoc est aequaliter, communicatione Iesu digni facti sunt. *Non imaginibus sacrefactis formativae figurant deificam similitudinem, sed ut vere ipsi approximantes in prima participatione scientiae, deificum* * *eius luminum.* Non imaginibus inquit sacrefactis, hoc est non in symbolis sicut nos divinitus plasmatis, formative in aliquo plane forma figurant, vel ut expressius transfertur reformant deificam in se ipsis similitudinem. Non siquidem adhuc veluti parvuli in symbolis sanctisque figmentis, divinam similitudinem, qua nunc in fide deificamur, et in specie deificabimur, in nobis formamur, sed ut vere, hoc est absque ullo figmento, ipsi videlicet *Iesu approximantes, in prima participatione fiunt scientiae, deificum eius luminum,* hoc est deificantium se eius Iesu plani illuminationum. Nulla quippe imaginatio, nullum sacramentum vel figmentum formatum inter eas est medium et ipsum Iesum Christum, cui proximae sunt. Et quia Deo simile, ipsi subiectissime donatum est. Semper superius verbum repetitur. Et existimandum, quia Deo simile ipsis donatum est, hoc est Dei similitudo donata est subiectissimae, proxima videlicet subiectione. Siquidem dum omnia Deo subiecta sunt, subiectissimum, hoc est proximum subiectum sibi, est trinus primae hierarchiae ordo.

14. *Et communicant huiusmodi, ut possibile in praeoperatrice virtute deificis ipsius et humanis virtutibus.* Quoniam, inquit, divina similitudo ipsis donata est, veluti proxime subiecto, propterea etiam communicant huiusmodi ordines, quantum eis datur, in praeoperatrice quae in eis praeoperatur virtute deificis et humanis, id est clementibus seu humanitatem diligentibus eius virtutibus cooperatrices sunt, et administratrices nostrae salutis et deificationis. *Perfectas autem similiter, non ut sacra varietate analyticam scientiam illuminatas, sed ut primae et supereminentis deificationis repletas, secundum excellentissimas, quantum in angelis, divinorum operum scientiam.* Aestimandum similiter, hoc est prioribus beneficiis aequaliter perfectas esse, non quasi illuminatas, sicut nos modo symbolorum varietate in analyticam scientiam vel disciplinam. Utrumque enim significat ἐπιστήμη, nam et in scientiam et in disciplinam vertitur. Noster quippe animus ipsa disciplina quae a Graecis dicitur ἀναλυτική, per sacrum symbolorum varietatem illuminatus, in altitudinem supernae deificationis reducitur. Duae quippe partes sunt dialecticae disciplinae, quarum una διαιρετική, altera ἀναλυτική nuncupatur. Et διαιρετική quidem divisionis vim possidet, dividit namque maximorum generum unitatem a summo usque deorsum, donec ad individuas species perveniat, in quae eis divisionis terminum ponit. Ἀναλυτική vero ex adverso sibi positae partis divisiones ab individuis sursum iterum incipiens, perque eosdem gradus quibus illa descendit, ascendens, convolvit et colligit, easdemque in unitatem maximorum generum reducit, ideoque reductiva dicitur seu reditiva. Ac per hoc rationalis animae poenam pro-

* Ex codd.

A. 1 Sb. b.

varicationis suae lucens, in multiplices multiformesque temporalium rerum appetitus, veluti quadam discretiva vi partita est et scissa, donec partitionis suae in nostra rerum corporalium terminum posuerit, praeventa, salvata, adiuta, revocata, quibusdam gradibus analyticis in se ipsam recolligitur, ac deinde in unitatem creatoris sui, quam peccando sauciarat, in deificationis virtute restauratur.

15. Non ita est in caelestibus essentiis, praesertimque eminentibus, quae nunquam creatoris sui unitatem diruperunt. Non enim eas analytica, id est reductiva sive recidiva scientia reduci aestimandum, sed veluti primo et supereccellenti deificatione repletas, iuxta eminentissimam divinorum operum scientiam, quantum angelis datur, eas debemus honorificare, quoniam immediate ab ipsa divina virtute et illuminantur et perficiuntur. Et hoc est quod sequitur, *non enim per alias sanctas essentias, sed ab ipsa thearchia sanctificatae, in ipsam immediate extenduntur, omni supereminenti virtute et ordine, et ad castissimam omnino fortitudinem collocantur, et ad immaterialitatem et invisibilem pulchritudinem, quantum fas, in contemplationem adducuntur, et divinorum operum scibiles rationes, ut primae et circa Deum essentiae flectuntur, et ab ipso perfectionis principe, excelsissime sanctificatae sunt.* Nullius expositionis indiget haec sententia, in quibusdam tamen anceps interpretatio est. Quippe ubi transtulimus ad castissimam omnino fortitudinem, ubi potest alter transferre ad castissimam inflexibilitatem, ἀκαμπῶς enim in graeco scriptum, quod et fortitudinem et inflexibilitatem significat. Nec tamen differt sensus, quoniam vere fortitudo a nullo flecti potest. Similiter ubi invisibilem pulchritudinem, ibi intelligibilem decorem potest quis ponere, in eodem tamen intellectu. A. f. 94 a. Nam invisibilis pulchritudo nil aliud est, quam intelligibilis decor. Siquidem ἀειδής et in pulchritudinem vertitur et decorem. Ubi quantum fas, ibi potest dici quantum licet, vel quantum lex, vel quantum iustum. Ex uno enim graeco θεμιτῶς, in uno intellectu. Omne quippe fas et licet, et lex est, et iustum est. Item ubi et circa Deum essentiae flectuntur, pro flectuntur potest fieri perficiuntur, vel donantur, vel initiantur, vel imbuuntur. Haec quippe omnia ab uno graeco verbo veniunt quod est μυοῦμαι, cuius tertia persona pluralis est μυοῦνται, et in tot praefatas interpretationes verti potest, quae huic loco conveniunt. Nam μυοῦνται dum vertitur, oculos cohibent, huic sententiae convenire non video.

16. Ubi posuimus *sanctificatae sunt*, ibi et sacrificatae et immolatae, in eodem tamen sensu possumus ponere. Perfectionis autem princeps est, quae graece τελεταρχία vocatur, ipsa divinitas, quae eminet excelsissime, hoc est in summitate universitatis, ordinum primae hierarchiae sanctificat, sacrificat, immolat. *Hoc ergo theologi apte declarant, suppositas quidem caelestium essentiarum dispositiones a superformatis ordinate erudiri deificas scientias. Omnium vero altiores, ab ipsa thearchia, quantum fas, doctrinas illuminari.* Declarant, inquit, apertissime theologi, prophetae videlicet in visionibus suis, hoc quod in caelestium essentiarum dispositionibus, ordinationibus plane suppositi ordines a superformatis, hoc est excelsioribus ordinata lege erudiuntur in deificis scientiis, in divinorum scilicet intellectuum multiplicibus disciplinis quae eos deificant. Altiores vero omnium, tres scilicet primae hierarchiae ordines, qui ceteras caelestes essentias dignitate praecellunt, ab ipsa divinitate, quantum divina sinit lex, in doctrinis fallibilibus illuminantur. Ipsa

siquidem divinitus proximos sibi ordines docet, ipsi autem inferiores erudiunt. Ac si gradatim usque ad novissimum ornatum per superiores et inferiores divina descendit doctrina. *Quasdam enim earum introducunt a prioribus sacre eruditas, dominum esse caelestium virtutum et regem gloriae in caelos humaniter receptum.* Exemplo approbat quod dixit: introducunt, inquit, ipsi theologi in mysticis suis quasdam eruditas essentias a prioribus. In quo eruditae sunt? In eo plane quod dominus caelestium virtutum et rex gloriae in ipsa humanitate, quam ex nobis propter nos susceperat in caelos assumptus est, hoc est quod humanitas domini nostri Iesu Christi, qui est dominus virtutum et rex gloriae, in sua divinitate, quam caelos appellant, post resurrectionem exaltata est, et quod utriusque naturae, divinae videlicet atque humanae, proprietatibus incommutabiliter in unitate subsistentiae (1) permanentibus, quemadmodum Verbum caro factum est, ita caro Verbum facta, totus Deus in tota sua natura.

A. I. 4. 17 Et ne mireris divinitatem Christi pluraliter caelos vocari. Si enim ipse multiplex et infinita sapientia patris est, dum est una et individua, et si ipsa Christi videlicet divinitas una et singularis domus est patris, et tamen in ipsa multae mansiones sunt, quid impedit ut eadem credatur et intelligatur caelum et caeli? caelum quidem propter supersubstantialitatis suae excellentiam, caeli vero propter

Ps. CXLVI. 5 sapientiae suae multiplicem infinitatem, quoniam sapientiae eius non est numerus. Quaedam vero caelestes virtutes a superioribus semper discunt, quomodo Iesus dominus est caelestium virtutum, et rex gloriae, et quomodo humanitas ipsius in divinitatem assumpta est, non ut assumptionis ipsius modum intelligant, superat quippe omnem intellectum, sed ut ipsam assumptionem supernaturaliter et ineffabiliter esse factam cognoscant. *Quasdam vero apud ipsum Iesum Christum quaerentes, et pro nobis suae divinae actionis scientiam discentes, et eos Iesum immediate docentem, et praelargientem eis manifestantem suam humanam benignitatem.* Introducunt quoque, inquit, theologi quosdam hoc est excellentissimas caelestes essentias apud ipsum Iesum immediate semper esse quaerentes et discentes ab ipso suae pro nobis divinae actionis, hoc est incarnationis et passionis et resurrectionis et ascensionis in caelos scientiam. *Et introducunt ipsum Iesum docentem eas immediate et manifestantem eis praelargiens,* hoc est prius quam ceteris largiens, vel sicut etiam potest interpretari *praelargientem suam humanam, hoc est clementem erga salutem humani generis benignitatem. Ego enim, inquit, disputo iustitiam et iudicium salutaris.* Sententia sanctae scripturae approbat quod dominus Iesus proximas sibi caelestes essentias semper doceat. Ego, inquit, Iesus videlicet disputo iustitiam et iudicium salutaris mei, profecto qui caelestium et terrestrium salus sum et pax et redemptio. Quae enim maior iustitia est, quam ut creator creaturam, quam ad imaginem suam fecerat, ob erroribus suis revocet, similemque sui restituat? Quod maius iudicium, quam ut non puniat in creatura quod non fecit, liberet, quod fecit? Unde psal-

Ps. C. 1 mista ait: Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine; misericordiam videlicet, liberando naturam, iudicium vero, puniendo delictum.

18 *Miror autem quia et caelestium essentiarum primae et tantum simul omnes supereminent thearchicis illuminationibus, ut mediatae quaestiones reverenter*

(1) Non semel iam lectores admonuimus de hoc vocabulo, nempe pp. 3 et 25.

appetunt. Ordo verborum: miror quo appetunt ut mediatae quaestiones reverenter primae caelestium essentiarum, et superemineant tantum simul omnes thearchicis illuminationibus. Et est sensus. Miror, inquit, cum sancti theologi primas caelestes essentias ab ipso immediate doceri introducunt, quia ipsas dum in tantum quantum praediximus ceteras omnes simul in divinis illuminationibus superemineant ut mediatas, hoc est veluti superiori natura interposita quaestiones reverenter appetunt, id est timide, quod graece dicitur εὐλαβῶς, desiderent. εὐλάβεια enim est cum amore timiditas vel verecundia. *Etenim non inde interrogant*, hoc est etenim non ipsum Iesum immediate interrogant, *quare tua rubra vestimenta?* Vel sicut in melioribus exemplaribus invenitur, *quare tua coccinea vestimenta? Apud se ipsas vero deliberant ante interrogare*, sed simpliciter transfertur, apud se ipsae cunctantur et haesitant ante dicere. Potest et sic intellegi: etenim non inde interrogant, ab ipso videlicet Iesu interrogant. Siquidem praedixit ut mediata, id est quasi mediata, non autem omnino mediate. Nulla quippe creatura inter ipsas et Iesum altior est, ut praefatis rationibus necessario definitum. Cur autem quasi mediate, non autem penitus immediate, vel penitus mediate interrogant, rationem reddit, apud se ipsas vero deliberant interrogare; vel ut planius transfertur, dicere. Deliberant quippe altitudine mysteriorum expavefactae, utrum interrogabunt nec ne. Et ipsa deliberatio seloti quaedam mediata a theologis vocetur. Ideoque neque medietas est, neque immediatas. Mihi autem videtur, non aliunde hanc deliberationem excellentium essentiarum theologos intellexisse, nisi ex ipsa visione quae describit duo cherubim in invicem intueri, et quasi consiliari, quod etiam iste magister in sequentibus voluisse videtur.

19. *Ostendentes quidem quia discunt, et deificam scientiam quae se deficiat a Iesu petunt. Non autem praesilientes per divinam processionem inditam illuminationem*, hoc est non ita petunt divinam scientiam, ut praeoccupent inditam sibi illuminationem per divinam processionem. Nihil enim petunt, nisi prius processione divini luminis cognoscant utrum petant, et quid et quomodo petere eos oporteat. Et hoc est quod dicit non praesilientes inditam illuminationem divinae processionis. *Non ergo prima caelestium intellectuum hierarchia ab ipsa τελεταρχία sanctificata, quo in eam immediate sanctissima purgatione multo lumine ante perfecta consummationis proportionaliter eam implens purgatur et illuminatur et perficitur.* Ordo verborum: Nonne ergo purgatur et illuminatur et perficitur prima caelestium intellectuum hierarchia ab ipsa τελεταρχία, hoc est ab ipsa divinitate, quae bestiarum princeps est et principium? *Sanctificata*, seu ut commodius transfertur, quam invenimus, *potentificata?* Quod subauditur eo modo quo in ea immediate extenditur sanctissima purgatione in multo lumine sal infinito lumine, vel magno valde sive sal purissimo lumine. Haec enim omnia ab uno graeco vertuntur ἀπλέτου ante perfectae consummatione. Quod etiam potest interpretari ante perfectae consummationis, sal perfectivae telatarchiae, plane proportionaliter eam hierarchiam scilicet implens. Suo siquidem infinito lumine telatarchia primam implet hierarchiam. Omni siquidem minoratione pura prima luminis plena, et primo datam cognitionem et scientiam participans perfectam. *Pura*, inquit, *omni minoratione*, hoc est omni subiectione absolutam. Nulli enim creaturae ordine et dignitate subicitur.

20. *Plena autem primi luminis divini videlicet et perfecta primo datam cognitionem et scientiam participans.* Hoc est deum participat ex primo data cognitione et scientia, sive ut commodius transferendum, primo datae cognitionis et scientiae participans. *Comprehendens autem hoc dixerim fortassis non immerito, quia et purgatio est et illuminatio, et perfectio divinae scientiae assumptio.* Tanquam si quis interrogaret quae sit ipsa purgatio et illuminatio et perfectio, respondet dicens: comprehendens, hoc est breviter colligens. *Et non immerito dixerim, quia assumptio divinae scientiae, purgatio est et illuminatio et perfectio.* Una enim eademque divina scientia assumpta contemplatorem et purgat et illuminat et perficit. Ubi autem posuimus *non immerito*, ibi in graeco οὐκ ἀπεικότως, quod commode et proprie transfertur *non indecore*, seu *non indecenter.* Et iterum veluti interrogaretur, quid divinae scientiae assumptio purgat, quid illuminat, quid perficit, et in qua et quomodo? confestim explanat. *Ignorantiam quidem utpote purgans, secundum ordinem indita scientia perfectiorum doctrinarum. Illuminans autem ipsa divina cognitione, per quam et purgat, non prius contemplantem quam manifestat per altiorem illuminationem, et perficiens iterum ipso lumine secundum habitum scientiae lucidissimarum doctrinarum.* Purgat, inquit, utpote, hoc est veluti gratia ab ignorantia per inditam ordinate scientiam perfectiorum doctrinarum, hoc est perfecte in primo ordine caelestium essentiarum, de quo sermo est, perfectiorum doctrinarum scientiam. Perfectiores enim primae hierarchiae, quam ceteris divinorum intellectuum doctrinae traditae sunt, perfectiorque earum scientia. Discit quippe semper ab ipsa deitate divina mysteria quae eam latent. Illuminat autem ipsa divina cognitio, hoc est eadem divina scientia per quam et purgat non prius contemplantem primam videlicet hierarchiam, quae non contemplatur, nisi prius purgatur. Quam manifestat, hoc est quam hierarchiam declarat, ipsa scilicet divina cognitio per altiorem quam ceteris datur illuminationem. Et perficit iterum quasi tertio gradu eodem lumine, scientia hoc est in scientia lucidissimarum doctrinarum, quae est secundum habitum. Purgat itaque primitus divinae scientiae assumptio primam hierarchiam per inditam scientiam perfectioris doctrinae. Deinde illuminat eam quae prius quasi purgatur, non contemplatur per declarationem altioris illuminationis divinorum arcanorum. Tertio eam eadem illuminatione in habitu

A f. 25 a incommutabili apertissimarum perficit doctrinarum. Aliud enim purgare ab ignorantia, aliud illuminare per disciplinam, aliud perficere animum in habitu incommutabili virtutis intellectuum purgatissimae rerum divinarum.

21. *Ipsa ergo est quantum ad nostram scientiam prima caelestium essentiarum dispositio in circuitu Dei et circa Deum immediate stans et simpliciter et incessanter circumiens aeternam eius scientiam, secundum excellentissimam quantum in angelis semper mobilem collocationem.* Ipsa est et, inquit, quantum nostrae scientiae, hominibus videlicet datur cognoscere, prima caelestium essentiarum dispositio, id est primus ornatus in circuitu Dei et circa Deum immediate quidem nulla creatura interposita. Nam et duodecim tribus Israhel in circuitu tabernaculi tertio mense undique castrametabantur, longius tamen. Circa vero tabernaculum immediate et proxime summi sacerdotes et levitae. Stans stat quippe ipsa, et simpliciter hoc est universaliter et incessanter circumiens. Sive si volueris transferre incompre-

henabiliter ambiens aeternam eius scientiam. Stat ergo, et dum stat uniuersaliter et incessanter vel incomprehensibiliter circuit vel ambit aeternam Dei scientiam. Stat qualem, quia uniformiter in eodem permanet, ambit vero et circuit uniuersaliter, quoniam nihil in diuinis abditis quod non inquirat. Spiritus enim scrutatur etiam profunda Dei *, et incessanter quia semper mouetur. Incomprehensibiliter vero, quoniam necesse ipsa nec ab inferioribus comprehenditur, quomodo vel qualiter aeternam Dei scientiam ambit vel circuit. Ambit autem aeternam scientiam, non ut exterius eam circumscribat, sed ut interius eam lustret, quoniam creatura est, quae aeternam sui creatoris scientiam ambire possit, quae omnia intra se continet atque coartat, secundum excellentissimam, quantum angelis conceditur, semper mobilem collocationem. Semper quippe collocatio eius, hoc est status mobilis est, et motus collocabilis uniformiter, videlicet stabilis. Quid mirum? dum et huius sensibilis sphaerae stabilis motus est, quoniam uniformiter mouetur, et status mobilis, quoniam semper mouetur. * I. Cor. II, 10.

22 *Multas quidem et beatas videns pure contemplationes, simplices vero et immediate fulgores, illuminata et diuino alimento repleta.* Multas, inquit, et beatas theorias prima hierarchia pure videt. Ipsa quidem diuina sapientia, quam clare conspicatur, multiplex est et beata. Quoniam vero ipsa multiplex sapientia simplex est et indiuidua, propterea simplices suos fulgores in primam primitus diffundit hierarchiam, quibus illa illuminatur, ac veluti diuino alimento, sive ut planius transfertur, diuina laetitia mixta repletur. *Multa quidem primo data fusione, sola vero domestica et unifica diuinae refectionis unitate, multaque communione Dei et cooperatione digna effecta, ad eam ut possibile similitudine bonarum habitudinum et actionum.* Verborum constructio talis est: digna effecta est, multa prima ante alias hierarchias fusione sapientiae, sola vero, hoc est singulari domestica proxima plane et unifica diuinae refectionis unitate. Non enim omnis unitas unifica est, sed sola diuinae multaque communione Dei, et cooperatione digna facta. Fusa quippe primo omnium communicat, hoc est participat, eique cooperatur in administratione uniuersitatis infra se conditae. Quomodo communicet et cooperatur? in similitudine videlicet ad eam communionem plane et cooperationem bonarum habitudinum hoc est virtutum. Virtus enim est habitus rationalis aut intellectualis animi, et in similitudine bonarum actionum communicat Deo, eique cooperatur. *Multaque diuinorum superpositam cognoscens et diuinae scientiae et cognitionis in participatione, secundum quod fas est, facta.* Factaque est secundum quod fas, hoc est, licet et iustum in participatione diuinae scientiae et cognitionis, cognoscens dum cognoscit supereminentem multum diuinorum subauditur intellectuum. A. I. 31 b.

23 Sequitur. *Propterea et laudes ipsius theologia his qui in terra sunt tradidit, in quibus mirabiliter manifestatur excelsissimae ipsius illuminationis eminentia.* Laudes ipsius dicit, quibus Deum glorificat, theologia hominibus tradidit. *Alii quidem enim eius sensibiliter dicere,* hoc est, alii quidem participes eius primae videlicet hierarchiae sensibiliter a theologia traduntur, *tanquam vox aquarum reboant: benedicta gloria Domini ex loco suo. Alii vero illam varie laudabilem et pulsimam reclamant theologiam, sanctus sanctus sanctus dominus Deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius.* Ubi ponimus pulsimam, ibi etiam honorabi-

humanam vel valde adorantem potest interpretari. Quod autem dicit, secundum quod esse dicere, non facile patet, utrum veluti per quaedam spiritualia corpora sibi connaturaliter adiuncta, in quibus etiam humanis visibus apparuisse divina tradit historia, praefatas laudes corporeis sensibus sensibili voce compositas hymnizant, an quia propheticis visionibus ita apparuere veluti sensibilia, in multitudine videlicet caelestium vocum prophetae. Verumtamen quoquomodo sint ab excelsissimis primae hierarchiae essentiis, ut fiant theologus ipse testatur. Ait enim: *Has autem excelsissimas caelestium animorum hymnologias, iam quidem in his quae sunt de diversis laudibus, quantum possibile, aperuimus. Et dictum est de his in illis quantum ad nos sufficienter, ex quibus in admonitionem sufficit dicere tantum secundum praesens tempus.* Ex his sententiis possumus cognoscere de divinis laudibus ipsum scripsisse,
A. I. 20. a. quoniam in libro de divinis nominibus, ex amatoriis hymnis sancti Hierothei quaedam introduxit, in quibus de praedictis laudibus nihil tractatur. Ubi posuimus admonitionem, ibi ὑπόμνησιν in graeco, hoc est admonitionem vel recordationem. Sufficit, inquit, haec pauca ex divinis laudibus ad praesens tempus in admonitionem vel recordationem dicere. *Quia theologicam scientiam ipsa prima dispositio, quantum fas, illuminata est a thearchica bonitate*; hoc est quia prima hierarchia illuminata est in theologicam scientiam ab ipsa divina bonitate.

24. Et ne misceris constructionem *illuminata theologicam scientiam*, est enim rata, dicimus enim illumino te artem, doceo te disciplinam, quia tamquam deiformis hierarchia, et eius quidem eandem deinde tradidit, hoc est, ex qua divina bonitate, vel ut planius transferatur, ex eadem divina bonitate, tamquam deiformis. Quemadmodum quippe divina bonitas conformat omnia, ita et ipsa prima hierarchia ceterarum sequentium se deiformis est, hoc est eas sicut Deus format. Et eius quidem eandem deinde tradidit, id est eandem divinam bonitatem, qua prima illuminatur, aliis deinde se sequentibus sublimibus se distribuit. *Illud per brevitatem dicere subintroducens*, hoc est illud breviter dicere subintroduxit *ipsam hierarchiam plurimam et plusquam laudabilem et laudabilissimam thearchiam fas est benedictam esse a theodochis, quantum possibile, cognosci et laudari intellectibus. Ipsi enim sunt tamquam deiformes divini loci thearchicae, ut eloquia aiunt, quietis.* Hoc est, inquit, quod breviter subintroduxit prima hierarchia, quod fas est et lex et iustum, ipsam plurimam vel honorabilissimam vel valde adorandam et superlaudabilem et laudabilissimam divinitatem, fas est benedictam esse a theodochis intellectibus, ex recipientibus videlicet Deum intellectibus. Ipsi enim intellectus qui Deum recipiunt, tamquam deiformes divini loci sunt divinae quietis, ut sancta testantur eloquia. In ipsis siquidem Deus quiescit. Theodochos autem dicitur, quasi θεόδοχος, hoc est Dei receptor. Quo nomine omnis purus animus, sive humanus sive angelicus, potest vocari. In ipsis enim duobus Deus quiescit.

25. *Et quia monas est unitas, tres substantialiter.* Ipsam subintroduxit sequentibus se hierarchiis. Prima hierarchia caelestis id est thearchia. Divinitas quippe unitas est in essentia, trinitas in substantiis. Inter monada autem et henada, quamvis apud nos unam habeant interpretationem, monas enim dicitur unitas, similiter henas unitas, talis differentia videtur interesse, quod monas sit proprie ipsa unitas, ex qua omnes numeri procedunt, principium quippe est et causa est totius

numerositatis: henas vero est ipsa unitas substantiarum, sive in superessentiali essentia, quae Deus est, sive in generibus, sive in formis; et simplicitas in omnibus quae unam eandemque participant essentiam. Divina itaque bonitas, monas est, quoniam principium et causa est omnium quae sunt. *Monas autem, quoniam unitas est in tribus substantiis, et tres substantiae in unitate essentiae, a supercaelestibus essentiis usque ad novissima terrae extendens bonitatem suam, in omnia, quae sunt, providentiam.* Hoc item prima hierarchia in laudem divinitatis subintroduxit, quod a sublimissimis caelestibus essentiis usque ad novissima terrae extendit bonitatem suam, videlicet in omnia, quae sunt, providentiam. Et nemo arbitretur, me per ignorantiam transtulisse *extendens*, pro graeco participio feminino διήκουσα quod nascitur e verbo διήκω hoc est pervenio vel penetro; hoc enim propter facilitatem intelligentiae feci. Sed si quis proprietatem interpretationis sequi voluerit, pro *extendens* potest dicere pervenire vel penetrare faciens, ut talis sit sensus: a supercaelestibus essentiis usque ad novissima terrae bonitatem suam, hoc est providentiam in omnia, quae sunt, penetrare facit. *Tamquam omnis essentiae superprincipale principium et causa, omnia superessentialiter immensurabili continentia circumligans.* Non immerito, inquit, providentia eius extenditur in omnia, vel penetrat cuncta. Est enim omnis essentiae superessentiale principium; et omnia superessentialiter immensurabili continentia circumligat. Ubi similiter, ut facilius intelligeretur, circumligans transtuli, pro graeco participio περιδεδραγμένη, quod proprie interpretatur, palmo vel pugno comprehendens. B I 80. b

FINIT CAPITULUM SEPTIMUM

INCIPIT OCTAVUM

CUIUS PRAEFATIO EST: DE DOMINATIONIBUS, ET VIRTUTIBUS, ET POTESTATIBUS, ET DE MEDIA EARUM HIERARCHIA

1 *Transeundum nunc nobis in mediam caelestium intellectuum expositionem, dominationes illas supramundanas oculis quantum possibile est explorantibus, et vere potentia speculamina divinarum potestatum et virtutum.* Post explanationem, inquit, primae et sublimissimae hierarchiae, transeundum nunc in mediam hierarchiam, quae etiam secunda est nobis explorantibus, vel sicut proprie transfertur, nobis intuentibus dominationes illas intellectualibus oculis secundum nostram possibilitatem. Et in verae potentiae speculamina divinarum potestatum et virtutum, similiter subaudis transeundum. *Etenim unaquaeque super nos essentiarum cognominatio, proprias earum significat virtutes. Igitur sanctarum dominationum manifestativam nominationem aestimo declarare absolutam quandam et omni ignobilis minorationis liberam anagogen,* quod etiam sic possumus interpretari, non servilem quandam, et omni subpedestri minoratione liberam anagogen. Hoc quoque in laudibus thronorum posuit. Ignominiosum quippe est et minorationis et subiectionis, id est servitutis, inferiori pede ingredi. Ex qua libera et absoluta est caelestium dominationum anagoge, hoc est sursum versus altitudo. Nihil enim terre- A I 80. a

num, nihil vile, nil servile ipsarum altitudinem deprimit. Non assimilat tyrannicarum dissimilitudinum ullo modo, hoc est se fingit vel colorat illarum altitudo essem esse tyrannicarum dissimilitudinum. Tyrannica quippe dominatio verae dominationi dissimilis est. Caelestes autem dominationes non tyrannice non superbe, sed modeste et humiliter in amore Dei et subditorum sibi dominantur. *Universaliter eam inclinatam liberaliter severam dominationem omni minorativae servituti suppositam.* A superioribus subauditur sanctio declarare universaliter inclinatam modeste et humiliter et liberaliter severam. Sive, ut potest transferri, irreprehensibilem dominationem superpositam omni minorativae servituti; non indigentem nisi solo Deo, ex praecedente se hierarchia, et remotam ab omni dissimilitudine, quae eam deformem dissimilemque creatori suo efficiat; et hierarchiam, hoc est ipsam dominatem, quae hierarchia dicitur, quoniam principia est et principium totius dominationis, indesinenter desiderat; *et ad ipsam illius ipsius naturaliter subsistentis virtutis similitudinem, quantum possibile, et se ipsam, et quae post eam sunt deiformiter conformantem.*

2. Hanc sententiam propterea sic interpretati sumus per ambitum, quoniam κυρία in graeco est positum, cuius interpretatio propria uno non exprimitur verbo, sed sic, naturaliter subsistens virtus; ut sit sensus: indesinenter appetit similitudinem ad ipsam kyrian, hoc est virtutem quae naturaliter per se subsistit, et quae nihil aliud est nisi ipsa per se ipsam subsistens divinitas. Quae quantum possibile est, et ipsam dominationem videlicet, et quae post eam sunt in inferioribus ordinibus conformat. Videtur enim posse sic breviter transferri, et ad ipsam similem propriam similitudinem, quantum possibile, et se ipsam et quae post eam sunt conformantem, ut sensus sit: et sanctio declarare appetentem ad ipsam propriam similitudinem similem kyriarchiae plane quantum possibile. Et se ipsam dominationem scilicet, et quae post eam sunt deiformiter conformantem vel effigurantem. *Et ad nullum vane videntium, sed ad proprie ὂν universale conversam.* In omnibus huius sententiae aeliis, hoc est membris, subauditur a superioribus, sanctio declarare proprie ὂν universale, ipsum summum bonum dixit, quod proprie est, et
s. c. 26. b universale bonum est. Omnia siquidem bona, non per se bona, sed participatione universalis boni, quod vere bonum est, bona sunt. Ideoque dixit ad nullum vane videntium, hoc est ad nullum, quae per se considerata vana videntur. Videntium enim dixit pro visorum, hoc est quae videntur, usitatissimo Graecorum more. Et quia a verbo δοκοῦμαι, hoc est valeo et videor derivatur, quoniam commune est, ut sit sensus: sed sanctio declarare conversam non ad aliquid eorum quae vana videntur, quia per se non subsistunt, sed ad id quod proprie est et universale.

3. Animadvertendum quod Graeci Deum vocant aliquando neutraliter ὄν, quod est aliquando masculine ὤν, qui est. Et kyriarchiae semper deiformitatis in participatione secundum quod possibile ipsi factum. Hoc ultimum omnino patet. Quod enim dicit in participatione kyriarchiae deiformitatis fontium, commune post omnium caelestium essentiarum. Omnis quippe virtus earum in participatione deitatis est, qui est dominationum princeps. *Ipsam vero sanctarum virtutum* (subauditur *sanctio declarare nominationem*) *fortem quandam et incommutabilem virilitatem in omnes secundum earum deiformitatem operationes ad nullam subiectionem induta-*

rum et divinarum illuminationum imbecilliter informatam, potenter in imitationem Dei reductam. Non relinquentem autem imbecillitate deiformem motum, sed firmiter ferentem in superessentialem et potentificam virtutem, et ipsius imaginem virtuti similem, iuxta quod licet, facta; et ad ipsam quidem ut principalem virtutem potenter conversam, ad secundam vero virtutis datricem et deiformiter provenientem. Nominatio, inquit, virtutum fortem et incommutabilem earum virilitatem vel vigorem vel strenuitatem in omnes deiformes operationes declaret. Quae virilitas nulla imbecillitate infirmatur in susceptione insitarum sibi divinarum illuminationum. Quae potenter in imitationem Dei reducitur, hoc est sursum ducitur, quae non relinquit sua debilitate, quia nunquam debilitatur, deiformem motum, sed firmiter se ipsam fert, hoc est firmiter tendit in superessentialem divinam plane virtutem, quae se potentem facit, et quae facta est imago ipsius superessentialis virtutis, dum sit virtuti similis, et quae convertitur potenter ad ipsam virtutem veluti principalem, quoniam omnium virtutum et princeps et principium est. Quae etiam ad secundam virtutem dat, et deiformiter provenit, hoc est instar divinae processionis.

4. Et notandum tibi possumus quod virtuti similem et virtutis datricem, ibi in graeco composita sunt verba, quae compositive non possumus transferre, nisi forte quamvis inusitate dicamus δυναμοειδῆ virtutiformem, δυναμοδότιν vero dum adverbium videtur, nonnisi nominibus potest transferri, ne nimium inusitate vertatur. Propterea diximus virtuti similem, et virtutis datricem. *Ipsam autem sanctarum potestatum nominationem aestimo declarare aequipotentem divinarum dominationum et virtutum bene ornatam et inconfusam circa divinas susceptiones ordinationem, et ordinatam supermundanae et intellectualis potestatis, non tyrannicae in ea quae inferiora sunt potestativis virtutibus praecipitatae sed potenter in divina post bene ordinatas reductae, et post se deiformiter reducentis, et ad potentificam exusiarchiam, quantum fas est, assimilatae, et eam ut possibile angelis revelantis in bene ornatis per ipsam ordinibus potestativa virtute.* Ipsa, inquit, nominatio sanctarum potestatum declarat aeque potentem vel aeque ordinatam ordinationem divinis dominationibus et virtutibus, et bene ornatam et inconfusam. Quae non tyrannica, hoc est non abusiva potestate in ea quae sibi subdita sunt in ficta similitudine potestativarum virtutum praecipitatur, sed potestas, sive ut proprie transferatur potentissime, in divina reducitur post bene ordinatas, hoc est post primae hierarchiae pulchre ordinatas virtutes, quae eam praecedunt. Et post se idem infra se ordinatas virtutes deiformiter reducit, sursum plane ducit, et potentificae exusiarchiae, hoc est divinitatis, quae ἐξουσιοποιός, quia potestates facit, ἐξουσιαρχία vero, quia potestatum princeps est, et principium nominatur. Quantum licet similis facta est, et eam ἐξουσιαρχίαν, quantum possibile angelis revelat potestativa virtute in bene ornatis ordinibus, per ipsam suam videlicet ordinationem, per quam inferiores ordines ornantur.

5. *Has habens deiformes proprietates media caelestium animorum dispositio, purgatur quidem et illuminatur et perficitur, quemadmodum dictum est, a divinis illuminationibus inditis sibi secundo per primam hierarchicam dispositionem, et per medium illam secunda manifestatione delatis.* Has, inquit, proprias virtutes ac dei-

frames medios caelestium animorum ornatus habet. Ideoque purgatur et illuminatur et perficitur, quemadmodum dictum est in superiori capitulo de prima hierarchia. Nec aliunde purgatur et illuminatur et perficitur, nisi a divinis illuminationibus indita sibi secundo. Ad verbum est, secundo per primam hierarchiam dispositionem; quoniam illa primo, ista vero secundo per illam divinas participat illuminationes, et per mediam illam iterum secunda manifestatione, in tertiam hierarchicam veluti per secundam manifestationem ipsis divinis illuminationibus datis, sive ut proprie transfertur, distributis. *Itaque per alium dictionem venire in alium angelicum auditum symbolum faciemus a longe superperfecte, et per processionem occulte in sequentia perfectionis.* Haec, inquit, supernorum civium colloquia, quibus videmus per alium angelum dictionem venire in alium angelum in quo est auditus signum faciemus a longe superperfecto, hoc est plus quam perfectae perfectionis et per processionem occulte in sequentia. Ac si aperte diceret: nos homines qui non experimento sed argumento divinos exploramus sensus, faciemus argumentum et apertissimum signum quid de longe, hoc est ab ipsa celsitudine divinae sublimitatis, quae longissime ab omnibus quae sunt removetur, plusquam perfecta et per arcanam processionem occulta perfectione gradatim et ordinate in sequentia in caelestium virtutum videbit consequentem ordinationem descendit. Et hoc est illud argumentum et signum per alium angelum perfecte venire dictionem a summa divinitate in alium angelum, in quo illud vertitur dictum inauditum. Non quod in eis corporei sensus sint, sed quod eis visio prophetica formata sit. Si ergo quod summa bonitas praecepit per primam hierarchiam in alium atque alium angelum, in quibus illa dictio auditus descendit, signum sit inconcusse divinas processiones per ordinatos gradus a summo usque deorsum, hoc est ab excellentissimis caelestibus essentiis usque ad humanas, qui etiam angeli dicuntur, quando divinum consilium quod per superiores angelos acceperunt, inferioribus se annunciant. Hoc autem dicit, ut intelligamus mirabilem rerum dispositionem, per quam divina providentia universitatis conditam plenitudinem infallibili processione disponit.

A. I. 21. 6. 6 *Enim sapientes circa sacras nostras immolationes aiunt per se ipsas lucentes divinorum plenitudines per alteras contemplativarum participationum esse perfectores.* Quod praedixit, per nostrorum sacerdotum approbat testimonium. Sapientes enim, inquit, qui sacras nostras hostias et immolationes mysticas perfecte intelligunt, dicunt per se ipsas immediate lucentes plenitudines divinorum intellectuum, hoc est divinos intellectus, qui per se ipsos immediate plenissime lucent, perfectiores esse quam contemplativas participationum, contemplativi scilicet intellectus, qui divinam contemplationem per alteras virtutes participant. Quod breviter colligere possumus: perfectiores sunt divini intellectus, qui per se ipsos immediate divinam participant contemplationem, quam autem qui per mediatatem alterarum se eandem contemplationem suscipiunt. Intuere ubi possumus sapientes, ubi in graeco σοφοί, pro quo potest quis dicere reverendi vel periti vel sapientes. *Sic nostrorum et angelicorum ordinum immediatam participationem primo in Deum extentorum perfectiorem esse per mediatatem perfectorum.* Quemadmodum, inquit, per se lucentes, perfectiores sunt iis qui per alios lucem accipiunt, ita arbitror angelicos ordines, qui immediate primitus in participationem Dei extenduntur, perfectiores

esse perfectorum, eorum videlicet qui aliqua medietate interposita perfecti sunt. Ubi posui perfectiorem, ibi in graeco ἐνεργέστερον, quod possumus dicere perfectiorem, vel potentiorem, vel certe efficaciorem. *Propter quod et a nostra sacerdotali traditione perfectivae, lucificae, et purgativae virtutes, primi intellectus nominantur inferiorum, tamquam per se in omnium superessentiale principium reductorum, et teletarchicarum purgationum et illuminationum et perfectionum in participationem, secundum eis fas, factorum. Hoc enim est omnino divina taxiarchia, divinitus promulgatum per prima secunda divinis participare illuminationibus.* Hac nos perplexa lucidissimaque sententia ordinem caelestium essentiarum dignitatemque breviter aperit atque concludit. Propterea, inquit, nostra humana sacerdotalis doctrina tres primos ordines primae caelestis hierarchiae perfectivas et lucificas et purgativas nominat virtutes, quoniam inferiores ordines per eos ad principium omnium, quod superessentiale est, Deum videlicet reducuntur. Et a participatione teletarchicarum divinarum videlicet purgationum et illuminationum et perfectionum, quantum licet efficiuntur. Divinitas autem, ut saepe iam dictum, teletarcha dicitur, hoc est teletarchia, quoniam hostiarum principium est et princeps. Et haec lex a divina taxiarchia, hoc est ab ipsa deitate. Quae propterea taxiarchia dicitur, quia totius ordinationis principium est et princeps, quam τάξεων ἀρχήν, quod est ordinum principium, tradita est. Secunda videlicet speculamina per prima divinis participare illuminationes. *Invenimus autem hoc et multotiens theologis expressum.* Ac si diceret, non solum a sacerdotali traditione, verum etiam ab ipsis prophetis saepissime praefatam legem invenimus inculcatam.

7. *Quando enim divina et paterna humanitas Israhel conversibiliter pro sacra eius salute erudiens, et ulciscentibus et immitibus nationibus in correctionem tradens omnigena pravorum in melius traductione, et captivitatem dimisit, et ad priorem clementer traduxit constantiam, vidit theologorum unus Zacharias unum primorum ut aestimo circa Deum angelorum. Communis enim est omnibus haec angelica cognominatio de hoc ab ipso Deo discentem de hoc consolatoria, ut dictum est, verba.* Ordo verborum: vidit enim theologorum prophetarum plane unus nomine Zacharias unum primorum angelorum, principalium videlicet statutum quae circa Deum sunt, ut aestimo. Hoc enim nomen, quod est angelus, et praedixi, commune est omnibus caelestibus virtutibus propter angelicam, hoc est annunciativam cognominationem ab ipso Deo discentem. Didicit enim ipse unus primorum angelorum ab ipso Deo immediate de bonis, de reditu plebis Israhel, consolatoria verba, sicut dictum est in prophetica scilicet visione, quando divina et paterna humanitas, hoc est clementia dimisit captivitatem, et ad priorem reduxit indulgentia constantiam, erudiens Israhel conversibiliter, hoc est ut converteretur, pro sacra eius salute. Noluit enim eum hostibus suis tradere asperitatis vindictae, sed voluit corrigere et salvare mansuetudine clementiae. Et ulciscentibus, sive ut congruentius hoc loco transfertur, coercentibus et immitibus vel asperis, in correctionem tradens ad corrigendum, omnigena pravorum traductione, hoc est omnimoda eorum qui divina providentia arguuntur et corriguntur manuductione in melius.

8. Ubi diximus constantiam, ibi in graeco εὐπάθειαν, quod Cicero voluit transferre *constantiam*. Ipsi autem Graeci εὐπάθειαν dicunt εὔρυθμον, id est be-

nefacientiem. Εὐπάθειαι autem tres sunt secundum Stoicos, voluntas, gaudium, cautio, et omnis in animo sapientis constituuntur. Voluntatem dico, amorem boni: gaudium vero, de veritatis inventione: cautio, diligens rerum consideratio. Nos autem dicimus εὐπαθείας gaudium, amorem, odium, tristitiam, quando in animo sapientis virtutes sunt: ut, gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Item: qui diligit me, diligetur a patre meo. Et alibi: tu scis, Domine, quia amo te. Iniquos odio habui. Tristis est anima mea usque ad mortem. In animo vero insipientis dum considerantur, κακοπάθειαι, hoc est malae passiones, recte dicuntur. Si tamen gaudium in anima insipientis potest intelligi. Est enim gaudium laetitia, quam nunquam sequitur tristitia, quod insipientibus evenire non potest. *Alterum vero subiectorum angelorum in occursum primi provenientem, tanquam ad illuminationis susceptionem et metalempsin.* Vidit vero ipse Zacharias alium angelum de inferioribus obvium provenire ad susceptionem illuminationis, revelationis videlicet divinae, quae prius summo angelo ab ipso Deo dicta est. Et metalempsin, id est perceptionem, participationem scilicet, metalempsis enim dicitur proprie participatio. *Deinde ab ipso divinum consilium tanquam a summo sacerdote eruditum, et hoc docere theologum conversum.*

9 Deinde, inquit, videt occurrentem angelum eruditum in divino consilio ab ipso primo angelo tanquam a summo sacerdote, et videt theologum, in ipsum plene conversum, hoc docere Israhel, quod a primo angelo per secundum didicit. Potest et sic transferri: et hoc docere theologum convertentem, ut sit sensus: et videt convertentem ipsum prophetam, ut hoc diceret, *quoniam fructuose habitabitur Hierusalem a multitudine hominum.* Hanc interpretationem e septuaginta accepit Hieronymus; quippe transtulit: absque muro habitabitur Hierusalem a multitudine hominum. Unus tamen sensus in utrisque est. Qui enim dixit fructuose, intellexit multiplicem redeuntis de captivitate populi propagationem. Qui vero transtulit, sine muro, eundem sensum significare voluit, ac si diceret, tanta multitudo populi erit, ut muro ambiri non possit. *Alter autem theologorum Ezechiel et ab ipsa inquit hoc sacratissime promulgatum esse Cherubim superfirmata gloriosissima divinitate.* Alterius theologi quod praedixit approbat testimonio, hoc est quod divina consilia in primis angelis immediate suscepta per inferiores angelos in theologorum quoslibet formantur, dicens: alter autem theologorum Ezechiel dicit ab ipsa superfirmata, superessentiali videlicet gloriosissima divinitate. Hoc quod
A. L. 18. 6. sequitur *sacratissime divinitus plane promulgatum esse, hoc est traditum fuisse ipsius Cherubim immediate.* Enim Israhel, ut dictum est exercitativa humanitas per disciplinas in melius traducens iustitia divina obnoxios condemnet, innoxios iustificet. Traducens Israhel, hoc est dum traducebat Israhel, ut dictum est in divina scriptura exercitativa humanitas, id est divina clementia, quae traducendo exercet per disciplinas in melius quos liberare vult. Hoc docetur primus.

10 *Post Cherubim lumbos sapphyro praecinctus, qui poderem iuxta symbolum hierarchicum induebatur. Reliquos autem angelos qui secures habebant, divina taxiarchia imperat a priori doceri de hoc divinum iudicium.* Hoc docetur, inquit, id est de hoc iudicio obnoxios damnandi, innoxios vero iustificandi, docetur primus angelus, id est unus ex caelesti ordine, qui sequitur Cherubim. Verbi gratia

unos dominationum seu virtutum seu potestatum, quoniam primo Cherubim ab ipsa divinitate immediate de eodem iudicio edocti. Ipsi vero Cherubim primum post se docere qui praecinctus erat lumbos sapphyro, qui etiam poderem induebatur secundum symbolum secundum habitum summi sacerdotis in Israhel. Summi siquidem sacerdotes perizomata id est femoralia seu succinctoria sapphyro ceterisque pretiosis lapidibus ornata praecingebantur. Podera quoque, tunica videlicet talaris, induebantur. Podera autem dicitur, quia usque ad podas, id est ad pedes pendebat. In tali habitu itaque summi sacerdotis primus angelus post Cherubim visus est prophetae. Divinae autem taxiarchiae, id est summae bonitatis quae ordinat omnia imperat per Cherubim reliquos angelos qui secures habebant doceri a priori angelo divinum iudicium de hoc; ut discerent scilicet divinam iustitiam de hoc discrimine obnoxiorum et innoxiorum. *Et quidem enim dixit medium transire Hierusalem, et dare signum in frontes innoxiorum virorum. Aliis exite in civitatem post eum, et percutite, et nolite parcere oculis vestris. Ad omnes autem super quos est signum, ne appropinquetis ei.* Quid est, inquit, ordinis Cherubim, vel absolute ei Cherubim, quoniam Cherubim et Seraphim Hebraice utriusque numeri communia nomina sunt. Nam et Cherub et Cherubim singulariter proferuntur per σύνταξιν, hoc est per constructionem numerorum. Similiter de Cherub et Seraphim, et pluralis numeri, et masculina nomina sunt. Ipsi itaque Cherubim divinae taxiarchiae dixit primum post se medium pertransire civitatem. Vel ut simpliciter potest intelligi, ut primus post Cherubim, sed per se ipsum Cherubim dixit medium pertransire Hierusalem. Medium vero dixit, hoc est in obnoxios innoxiosque divisam, et dare signum, crucis Christi videlicet, in frontes innoxiorum. Dictum est enim, signa T in frontibus eorum. Tau autem similitudinem crucis gestare, quis fidelium ignorat? Illi sic igitur liberantur, qui crucem Domini fideliter credunt. Arbitramur enim, ut Paulus, iustificari hominem per fidem *. * Rom. III. 28.

21 Alii autem secures habebant, quibus imperatum est nulli parcere. Pulchre autem omne innoxiorum signat, et non alio signo nisi crucis. Unus est enim Christus qui sua passionis virtute credentes in se liberat. Alii autem secures hoc est dolatilis gestabant arma, quae plus aedificationem significant quam ruinam, divinae iustitiae severitatem figurantia, quae per angelos praedicatores plane ecclesiae virtutes a vitiis, naturam a culpa segregant, superflua incidunt, naturalia conformant; ex quibus domum divinam possessioni aptam construunt. Ad eos autem, qui sola fide divinae passionis dum primitus sacramentum baptismatis subeunt, liberius accedere prohibentur, dolati enim prius. Omnis quippe superfluitas eorum, dum fides imputatur. Nam quisquis post gratiam baptismatis adeptam non peccaverit, correctione delictorum non indigebit. Purgatus quippe semel et simul ab omni originali proprioque peccato. Indiget autem purgari ab ignorantia divinorum sacramentorum. Non enim imperitus divinorum intellectuum viam veritatis potest ingredi, nec lucem ipsius conspicari, sine qua nemo deificabitur. Siquidem non sufficit ut quis sagittam de vulnere retrahat, nisi adsit qui sanando vulneri medicinam adhibeat. Gratia namque baptismi hoc solum praestat, praeterita nocere delicta, et in divinam felicitatem nasci. Non autem largitur futura commissa non impedire. Hoc quippe divinae gratiae per paenitentiam libero arbitrio committitur divinum

A. f. 20. b.

quidem gratiae per poenitentiam, libero arbitrio per providentiam. Potest namque quis ne iterum peccet providere, sed non sine gratia. Potest gratia peccata indulgere, neque hoc absque bona hominis voluntate. Neque invitos vult Deus attrahere, sed volentes, ne donum liberi arbitrii in servitutem redigere videatur.

12. Primus ergo post Cherubim signat frontes innoxiorum. Obnoxii erant, sed signo noxii sunt facti. Quare Christus crucifixus primus dicitur post Cherubim? Audi psalmistam: minorasti eum paulo minus ab angelis. Vis nosse quomodo
Phil. II. 7 minoratus est? Audi Paulum: semet ipsum, inquit, exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum, factus obediens patri usque ad mortem. Audi signum in frontibus signatorum: mortem autem crucis. Solus signat, solus quippe liberat. Angeli eius securibus percutiunt. Per ministros suos aedificat sibi domum ex humana natura dolata, ex infirmitate sua, in formam ipsius, ad cuius imaginem facta est, reducta. Quod vero securi ferire iubentur, nemini suis oculis parcere, significat severitatem divinae doctrinae in dissectionibus et correctionibus dilectorum, quorum iudex est. Bonorum siquidem magistrorum iuste discernere, non autem blandiri. Non itaque Deus naturam quam fecit interimit, sed ab ea quod eam inficit segregat. Non enim divinae bonitatis ineffabilis pietas sinit naturam, quam
A f. 14. a sui similem fecit, aeternaliter deformitatem pati. Permittit autem ad tempus eam corrigi, ut avidius et ardentius ad suam dignitatem redeat, aerumnis suis iustissimis erudita. Ratio siquidem non concedit, imaginem Dei in aeterna turpitudine detineri. Alioquin coaeterna erit miseria beatitudini, malitia bonitati, regnum diaboli regno Dei. Non autem hoc dicimus, quasi nulla poena sit aeterna (1), dum unusquisque sua conscientia sive iustificabitur sive damnabitur in aeternum; sed solummodo agimus quod nulla natura in ullo punietur.

13. Redeamus ad propositum. Pulchre itaque duorum prophetarum, Zachariae dico et Ezechiel visiones consona approbant Deum immediate inculmmunas essentias, quae circa eum sunt docere. Deinde ordinatim per primos secundi, per secundos tertii, per tertios quarti, hoc est theologi, docentur ordines. Zacharias enim ait se vidisse unum primorum ab ipso Deo descendentem. Cui alter occurrit inferiorum angelorum, qui veluti secundo gradu per primum divina didicit consilia. Qui iterum secundus angelus veluti summus sacerdos theologum, Zachariam dico, erudivit, si quis sic velit intelligere quod magister ait. Deinde ab ipso occurrente angelo, tamquam a summo sacerdote eruditum videt conversum theologum. Et hoc docere valet, quoniam fructuose habitabitur Hierosalem. Si vero quis intelligere vult: deinde videt eruditum occurrentem angelum ab ipso primo qui ex Deo didicit, tamquam a summo sacerdote, consequens erit, ut non ipse occurrens, sed primus a Deo discens summus sacerdos intelligatur. Ut subinfertur: ac vidit conversum theologum hoc docere. Idem vidit secundum angelum a primo eruditum docere theologum conversum in hoc, quoniam fructuose habitabitur Hierusalem. Ezechiel vero ait primo ab ipsa gloriosissima divinitate Cherubim doceri. Deinde per ipsos primos post docetur qui in sacerdotali habitu visus est, per quem iterum veluti tertio gradu docentur angeli. Ut ordo sit, ab ipso Deo Cherubim in-

(1) Hic se emendare videtur Scotus, qui in prioribus verbis coguntionem fortasse aspiciebat.

struantur. Ab ipsis Cherubim primus quicunque est ex omnibus secundae hierarchiae docet; per quos postremo theologorum animus illuminatur.

14. In visione tamen Zachariae dubium videtur esse, utrum de secundae an de tertiae hierarchiae ordinibus erat ille alter angelus qui uni priorum occurrit, per quem theologus eruditus est. Nam quod summus sacerdos appellatur, nulli mirum debet videri, quoniam omnes animi trium caelestium hierarchiarum summi sacerdotes possunt appellari. Sunt enim pontifices, quamvis eorum pontificatus aequalis non sit: alii quippe alios praecedunt. Nisi forte quis dixerit unum fuisse ex ordinibus secundae hierarchiae, per quam veluti medietatem quandam tertia docetur. Et si ita est, cogemur subintelligere eum alium angelum inferiorem illo mediatorem fuisse inter ipsum et theologum. Si per tertiam hierarchiam docentur homines, vel certe non solum sancti theologi per angelos tertiae hierarchiae, verum etiam per angelos mediae, nec non et primae ab ipsa etiam deitate posse doceri. Non est negandum quod ait Dionysius in libro ecclesiasticae hierarchiae videtur asserere, ubi ait humanos animos secundum propriam uniuscuiusque analogiam tribus caelestibus hierarchiis insitos esse. Quis enim abnuerit raptum apostolum in tertium caelum, in tertiam plane hierarchiam fuisse *, ubi immediate ab ipso Deo ineffabilia audivit verba? Quid fortassis quis dixerit de dicente angelo ad Danihel: exivit sermo; aut de ipso primo ignem ex medio Cherubim recipiente, aut illud eiusdem abundantius in ordinis angelici ostensionem? quoniam et Cherubim immittit ignem in manus sanctam stolam induti. Aut de vocante dignissimum Gabrihel, et dicente ei: fac illum intelligere visionem, aut quaecunque alia a sacra theologia dicta sunt de caelestium thearchiarum deiformi ornatu, ad quem nostrae hierarchiae ordinatio secundum quod possibile est assimulata angelicam pulchritudinem, quantum in imaginibus, habebit formatam per eam et reductam ad superessentialem simul omnis hierarchiae. Quis est angelus qui locutus est ad Danihel, sancta declarat historia: adhuc, inquit, ipso Danihel me loquente in oratione, ecce vir Gabrihel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini, et docuit me, et locutus est mihi Dixitque: Danihel, nunc ego egressus sum ut docerem te, et intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo, ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Tu autem animadverte sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomadae, et totus sermo qui sequitur de reditu populi ex captivitate, et de adventu Christi. Et hoc est quod breviter beatus Dionysius introducit dicens: quid fortassis quis dixerit de dicente angelo ad Danihel, exivit sermo? quod graece dicitur ἐξῆλθεν λόγος, pro quo Hieronymus posuit, egressus est sermo aut ex ore Darii regis ut iterum aedificetur Hierusalem, vel certe ab ipso Deo per angelum in animum prophetae.

A. c. ii. 3

* Rotundum.

D. c. ix. 21.

15. Quod autem sequitur, aut de ipso primo ignem ex medio Cherubim recipiente, ex Ezechihel assumptum est, qui ait: et vidi, et ecce in firmamento, quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphyrus, quasi species similitudinis solii apparuerit super ea. Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, et ait: ingredere in medio rotarum quae sunt inter Cherubim, et effunde super civitatem. Et hoc est quod sequitur. Aut illud eiusdem abundantius, hoc est illud symbolum eiusdem Ezechihel, quod est manifestius ad ostensionem ordinis angelici, quoniam

et Cherubim immittet ignem in manus sanctam stolam induti. Quod quamvis ita in praefata visione scriptum esse non videatur, ibi enim solummodo scriptum est, et dixit ad virum qui indutus erat lineis, et ait: ingredere in medio rotarum quae sunt subtus Cherubim, et imple manum tuam prunis. Potest tamen intelligi aut in septuaginta interpretum editione, ex qua beatus Dionysius ista omnia introduxit sic scriptum: aut ipsum sic intellexisse, imple manum tuam prunis, ut subaudiatur quasi ipsa Cherubim tibi tradituri sunt. Et iterum quod sequitur, erat de vocante divinissimum Gabrihel et dicente ei: fac illum intelligere visionem, ex libro Danihel susceptum ubi dicitur: et factum est autem, inquit, cum viderem ego Danihel visionem, et quaererem intelligentiam, ecce stetit in conspectu meo quasi species viri, et audivi vocem viri, et clamavit, et ait: Gabrihel, fac intelligere istam visionem.

16. Haec autem omnia propterea et in prophetis et scripta et visa sunt, et a beato isto magistro introducta, ut intelligamus caelestium animorum dispositas ordinationes, et quosdam quidem ab ipso Deo immediate doceri et illuminari, eosque iterum gradatim se inferiores docere et illuminare, qui a superioribus docentur et illuminantur. Et hoc est quod ait: et quaecumque alia a sacris theologis dicta sunt de caelestium archierarchiarum deiformi ornatu, ad quem ornatum nostra hierarchia, quantum hominibus possibile, similis facta est in suis ordinibus. Angelicam siquidem pulchritudinem imitatur quantum potest in figuris et symbolis sensibilibus. Ipsos namque dominus Iesus Christus docet suae contemplationis praesentia, nos adhuc erudit per symbola, donec veniamus in ipsum. Et hoc est quod ait: angelicam pulchritudinem, quantum in imaginibus habebit. Habet enim nunc caelestium similitudinem in divinis symbolis, habebit tunc eorum pulchritudinem in principalibus exemplis, quantum possibile est fieri in imaginibus. Imagines vocat, ut arbitror, theophanias in quibus et ipsi angeli et homines in aequalem eis beatitudinem glorificati ipsum Deum videbunt, quoniam per se ipsum invisibilis et est et erit omni intellectui. Superessentialitas quippe illius omnem superat intellectum. Nostra itaque hierarchia angelicam pulchritudinem habebit, quantum in theophaniis imaginibus seu similitudinibus haberi poterit formata per eam ornatum videlicet caelestium virtutum. Nam ecclesiastica hierarchia per caelestes virtutes et ordinatur et formatur et reducitur ad superessentialem omnis hierarchiae, ad ipsam scilicet omnium causam.

CAPITULUM NONUM

De principibus et archangelis, et angelis, et de ultima eorum hierarchia.

1. *Reliquus nobis in contemplationem ornatus angelicas concludens hierarchias, a deiformibus principibus archangelisque et angelis dispositus.* Restat, inquit, nobis speculatio ipsius ornatus, qui omnes angelicas concludit ac terminat
A. I. ss. B. hierarchias, quique ex principibus et archangelis et angelis constituitur. *Et primas quidem dicere necessarium aestimo, secundum quod mihi possibile, sanctarum cognominationum manifestationes.* Quemadmodum in expositionibus primae et mediae hierarchiae interpretationes nominum prius explanavit, deinde singulorum ordinum

proprias et communes virtutes et administrationes, ita et nunc in expositione tertiae hierarchiae interpretationum quas vocat manifestationes cognominationum primo ingreditur exponere. Quod consequenter adiungit. *Manifestat enim ipsa quidem caelestium principum illud deiformiter principale eductivum cum ordine sacro et principatibus decentissimis virtutibus, et ad principale principium eas universaliter et alias hierarchiae duci; et ad illud ipsum quantum possibile reformari principificum principium manifestare, quae superessentialem eius taxiarchiam ornatum principalium virtutum.* Declarat, inquit, ipsa cognominatio caelestium principum illud principale eductivum, hoc est quod principes et duces sunt omnium naturarum per totum orbem hominibus habitabilem. Et hos deiformes, ad similitudinem videlicet unius veri Dei, qui unus et summus omnium princeps est et dux, cum ordine sacro et principativis decentissimis virtutibus, hoc est cum sancta divinaque ordinatione, cumque virtutibus convenientissimis ornatu principativo. Et non solum principantur gentium, ducesque earum sunt suis virtutibus, verum etiam ipsas suas scilicet virtutes ad superprincipale principium Deum plane, qui est principium omnium principiorum, et principale principium, et plusquam principale principium, universaliter assurgunt. Hoc enim commune est omnium caelestium animorum, primum quidem ad causam suam converti, ut ab ea formentur, deinceps ad inferiora se, ut in eis quod ab uno omnium eorum percipiunt faciendum perficiant.

2. Et hoc est quod ait et ad superprincipale principium eas universaliter converti, ut subaudias, et cognominatio caelestium principum declarat eorum virtutes omnino ad Deum, qui est superprincipale principium, converti. Et alias hierarchiae duci, et ad illud ipsum quantum possibile reformari principificum principium. Hoc est non solum ipsa cognominatio propriae principum virtutes ad omnium principium converti, verum etiam inferiores eis virtutes, sive humanas sive angelicas, quibus principantur et praesunt, per eos pontificali ordine duci declarat, et ad illud ipsum secundum possibilitatem principificum principium summum bonum plane, quod omnem principatum suo perficit virtute, reformari. Ac si diceret non solum caelestes principes suas proprias virtutes ad ipsum principium, quod efficit omne principium, sed et alias, quibus principantur ducunt atque reformant, manifestareque superessentialem eius taxiarchiam. Ornatum principalium virtutum, hoc est principatuum nominatio manifestat ornatam principalium virtutum manifestare superessentialem taxiarchiam eius superprincipalis videlicet principii. Ornatus siquidem caelestium principum nobis manifestissime declarat superessentialem summi boni, quod Deus est, taxiarchiam. Est enim totius caelestis militiae princeps et principium Deus. Et notandum quod proprie ordo militum τάξις graece nominatur, ideoque Deus ipse taxiarches et taxiarchia dicitur, quia ἄρχος et ἀρχὴ, hoc est princeps et principium universalitas caelestis militiae subauditur. Ipsa autem sanctorum archangelorum aequipollens qualem est caelestibus principatibus. Etenim et eorum et archangelorum, ut dixi, hierarchia una et dispositio. *Ipsa, inquit, sanctorum archangelorum cognominatio eiusdem potentiae est caelestibus principatibus.* Aequales siquidem significationis sunt, et principum, et archangelorum nominationes. *Est enim eorum archangelorum videlicet et principum et angelorum, ut praedictum, una hierarchia unaque dispositio.*

A. C. M. a.

3. Ubi posuimus aequipotens, ibi ὁμόταγὴς in graeco, pro quo possumus dicere et aequipotens et collega seu similiter honorabilis. Verumtamen quoniam quidem non est hierarchia, non et primas et medias et ultimas virtutes habens archangelorum sanctus ordo communicative hierarchiae medietati extremorum recipitur. Hoc est quod ex quocunque principatuum et archangelorum et angelorum una hierarchia sit et dispositio. Verumtamen non parva discernuntur differentia. Archangelorum siquidem ordo medietatis proportionem inter duos extremos, hoc est inter ordinem principatuum et ordinem angelicum, obtinet. Quoniam nulla hierarchia est sive humana sive angelica, quae non habeat et primas et medias et ultimas virtutes. Ordo itaque archangelorum medius est inter principatuum quasi superiorem, et angelorum veluti inferiorem. Et nihil aliud est ipsa medietatis proportio, nisi hierarchica id est pontificalis communicatio. Unum enim discreti ordines communicant, summum quippe bonum simul omnes appetunt, simul quamvis non aequaliter participant.

4. Et hoc est quod sequitur. *Etenim sacratissimis principatibus communicat et sanctis angelis.* Qualis autem est ipsa communicativa medietas, subsequenter adiungit, dicens: *ipsis quidem quia ad superessentiale principium principaliter convertitur, et ad ipsum ut possibile reformatur, et angelos unificat secundum bene ornatos eius et ordinatos et invisibiles ductus.* Ipsis, inquit, principatibus communicat angelorum ordo, quia ad superessentiale principium Deum profecto principaliter, hoc est sicut ipsi principatus convertitur, et ad ipsum ut possibile reformatur, et quia angelos unificat secundum bene ornatos et ordinatos et invisibiles principatus. Hoc enim et ipsi principatus faciunt. Nam angelos unificant ad communicationem superessentialis principii, ut quemadmodum ornatus eorum, et ordinatio et intelligibilis principatus Deum communicat, ita et angelos sibi unificent, et per medietatem archangelorum Deum communicare faciunt, ipsique suam societatem eos subvehere contendunt. *Istis vero, quia et eis hypophetico est ordine di-*
A. 1 M. B. *vinas illuminationes hierarchiae per primas virtutes suscipiens, et angelis eas deiformiter annuncians, et per angelos nobis manifestans secundum sacram uniuscuiusque divinitus illuminatorum analogiam.* Istis vero, hoc est angelis, archangelicus ordo communicat, quia eis est hypophetieus id est propheticus ordo. Archangeli scilicet angelorum prophetae sunt, dum divinas revelationes hierarchiae, id est pontificali ordine per primas virtutes, principatus videlicet, qui se praecedunt, suscipit, et eas illuminationes nobis per angelos manifestat, secundum sanctam analogiam uniuscuiusque ex Deo illuminatorum hominum. Duobus itaque modis archangeli communicativam possident medietatem: primo quidem quia divinas sapientiae illuminationes quas per priores se virtutes suscipiunt, angelis annunciant: secundo quia per angelos tradita sibi illuminationes nobis manifestant. Ubi datur intelligi, quod quemadmodum archangeli mediatores principatuum et angelorum, ita angeli mediatores archangelorum et hominum.

5. Quo in loco non spernenda oritur quaestio. Si hi tres ordines tertiae hierarchiae, principatus dico, archangelos et angelos, homotages id est aequipotentes seu collegae ac humiliter honorabiles sunt, qua ratione archangeli mediatores sunt principatuum superiorum se et angelorum, quasi extremos omnium caelestium vir-

tutum theologica tradidit doctrina. Nec non in tertia et in prima quaeritur hie-
rarchia. Quomodo enim seraphim et cherubim et throni collegae et aequipotentes
sunt, si cherubim medietatis locum inter primas seraphim, et ultimas thronorum
virtutes tenent? Similiter de virtutibus, potestatibus, dominationibus consideran-
dum. In qua quaestione nil mihi commodius occurrit dicendum, quam omnes aeque
potentes esse in appetitu societatis superessentialis omnium causae; in suis vero
participationibus multiplices ascensionis et descensionis gradus possidere. Unusquisque
enim caelestium animorum ordo, iuxta suam analogiam divinarum illuminationum
capax est. Nullus autem eis privatus, quoniam in omnes communiter diffunditur.
Nam et aër et aqua terrenaque corpora non aequaliter solarium radiorum capacia
sunt, omnibus tamen aequaliter superfunduntur, deque omnibus exsiliendo relu-
cent. Sic sunt omnes intellectuales atque rationabiles animi. Nullus quippe illorum
est, sive purus sit sive contaminatus, qui expers sit divini radii: non tamen aequa-
liter eius capaces sunt. Neque hoc agit radii infirmitas, sed animarum capacitas.
Cur enim non aequaliter omnes et angelicae et humanae animae capaces sint divini
radii, ipse beatus Dionysius alibi exposuit. Si enim Deus aequaliter absque ulla
ordinum diversorum differentia et proprietate et ascensione et descensione vario-
rum graduum universitatem conditam faceret, nullus fortassis ordo in re publica s. c. n. s.
naturarum fieret. Si nullus ordo fieret, nulla harmonia. At si nulla harmonia est,
et nulla pulchritudo. Est enim harmonia dissimilium inaequaliumque rerum adu-
natio. Universitatem autem naturae conditae pulchritudine carere, creatori omnium
iudicaretur inconvenientissimum. Porro si nemo recte philosophantium universalem
creaturam in pulcherrima harmonia esse constitutam dubitat, sequitur etiam de or-
dine ipsius nulli sapientum haesitare licere. Non enim nunc de apostatis angelis
et contaminatis hominibus, qui merito malitiae suae, divinae illuminationis radium
a se repellunt, sermo est, sed de naturali ordine universalis naturae.

6 Sequitur. *Ipsi enim angeli, sicut praediximus, completive consummant om-
nes caelestium animorum dispositiones, secundum quod consummandum est, ut in
caelestibus essentiis habentes proprietatem.* Propterea, inquit, archangeli per ange-
los supernas illuminationes nobis annuntiant, quoniam angeli, sicut praedictum est,
complent et consummant omnes dispositiones, ornatus videlicet caelestium animo-
rum, secundum quod consummandum est, ea scilicet ratione, qua dispositio om-
nium caelestium consummanda et determinanda. Quam rationem subiungit *ut in
caelestibus essentiis habentes angelicam proprietatem.* Ac si diceret: utpote dum
habent inter caelestes essentias quandam proprietatem, qua specialiter angeli no-
minantur, quae nobis generaliter notum cognita est, per quam singulis caelestium ani-
morum ordinibus proprietates discernuntur, distribuuntur. Sequitur. *Et magis apud
nos angeli quam priores aptius nominati, quantum et circa quod significantius ipsa
est hierarchia et magis circumornatus.* Nunc rationem reddit cur omnes caelestes
essentiae a theologis angeli generaliter appellentur. Extremus ordo hominibusque
proximus specialiter angelicus nominatur. Magis, inquit, apud nos homines, quam
apud caelestes virtutes aptius nominati sunt angeli quam priores, hoc est quam
praecedentes eos Virtutes, quoniam plus quam superiores ordines nobis appropin-
quant, magisque nobis divina annuntiant et aperiunt mysteria, quantum et circa

significantius ipsis est hierarchie, et magis circumornatus, hoc est in tantum apud nos optime nominati sunt angeli, quam proceres, in quantum est ipsis hierarchia circa illud quod significantius hoc est manifestius et expressius nobis per eos enunciatur. Intuere quod significantius, seu ut expresse transfertur manifestius, non sunt comparativa adverbia, sed neutralium nominum comparativa. *Et magis circumornatus*, id est magis nobis eorum ornatus circumscriptus est ad intelligendum videlicet. Omne enim quod facile intelligitur, quodammodo circumscriptum intellectu videtur. Altiores siquidem virtutes longe a nobis remotae sunt, qui adhuc terrenae
[illegible] habitationis septis circumcludimur, ne libero mentis volatu ad caelestia intelligenda puro contuitu valeamus ascendere.

7. Sequitur *Excellentissimam quidem enim, ut dictum est, dispositionem tamquam ipsi occulto primitus ordinate proximantem clam formans aestimandum sanctificare secundam.* Ordo verborum: aestimandum quidem enim excellentissimam dispositionem tamquam proximantem ipsi occulto primitus ordinatae clam formans sanctificare secundam. Est autem sensus: propterea ultimus ordo nobisque proximus optime a nobis angelicus nominatur, quoniam excellentissima caelestium essentiarum dispositio, prima videlicet hierarchia, veluti proxima ipsi occulto, Deo plane, qui propterea occultus dicitur, quoniam superat omnem intellectum, ac primitus ante alias hierarchias ordinat, aestimanda est et incunctanter intelligenda, sanctificare id est ordinare, vel ut proprie transfertur sacrificare secundam, mediam scilicet hierarchiam formans eam clam, occulte scilicet et invisibiliter, et non solum ab humanis intellectibus, verum etiam et angelis remotissime. Ut enim ineffabile et incomprehensibile est et occultum omnibus hierarchiis, quomodo prima hierarchia ab ipso Deo et ordinatur et sanctificatur vel sacrificatur, ita remotum est et incognitum, quomodo secunda per primam, et tertia per mediam ordinatur et sanctificatur ab ipso, omnium causa. Ac per hoc si haec caelestibus essentiis incognita et incomprehensibilia sunt, quid mirum si a nobis comprehendi non possunt?

8. *Secundam vero, quae completur a sanctis dominationibus et virtutibus et potestatibus eius, quae est principibus et archangelis et angelis hierarchiae principari*, patet quod sit aestimandum vero, inquit, secundam hierarchiam tertiae hierarchiae principari. Ut enim prima secundam, ita secunda tertiam sanctificat et ducit, dux videlicet ipsius est cuius principatur. Prima quidem hierarchia aestimanda est principari tertiae, manifestius quidem quam prima hierarchia principatur mediae. Occultius vero id est altius et secretius, quam ea tertiae videlicet, quae post eam medium plane constituta est. Quod potest sic dici: media hierarchia manifestior est quam prima, occultior vero quam tertia, ea profecto ratione qua occultiora et incomprehensibiliora sunt. Quae causae omnium appropinquant his quae longius ab ea orduncta sunt. Prima itaque hierarchia immediate post Deum occultissima est, quoniam omnino incognitae causae proximam possidet regionem. Tertia vero quae caelestium essentiarum extremitatem tenet, manifestissima est, quantum caelestes virtutes manifestari possunt. Media vero quae neque proximum neque extremum obtinet locum, in comparatione interioris manifesta est. In comparatione vero exterioris occulta probatur a theologis esse. *Principatuum autem et*

archangelorum et angelorum manifestativam dispositionem humanae hierarchiae per consequentia praecipere. A superioribus subauditur. Aestimandum est autem manifestativam dispositionem, id est secundum principatuum et archangelorum et angelorum, tertiam vero hierarchiam humanae hierarchiae per consequentia divinae ordinationis praecipere. Manifestativa autem dispositio, tertia vocatur hierarchia, quoniam divinam humanis hierarchiis manifestat coelestia. Ut enim prima mediae, et media tertiae, ita et tertia humanae praeest hierarchiae. A. I 25 b.

9. Si autem quaeris cur plures humanas appellat hierarchias, invenies in libro de ecclesiastica hierarchia ad similitudinem trium coelestium hierarchiarum tres humanas hierarchias, de quibus hoc loco disserere, morosum est. Ubi posuimus *per consequentia*, ibi in graeco δι᾽ ἀλλήλων, quod potest transferri *vicissim*, vel *inter se invicem*. Ut sensus sit: principatus per archangelos, archangeli per angelos humanis ordinibus praesunt atque praecipiunt. Potest etiam quis dicere non incongrue ut opinor, tertiam coelestem hierarchiam hominibus imperare vicissim, quoniam et angelos sanctis hominibus obtemperare divina tradit historia. Et in gestis eorum legitur, scriptum est enim in apocalypsi *, quod angelus Iohanni volenti se adorare, dixerit: conservus tuus sum. Ut sit per ordinem ad Deum reductio et conversio et communicatio et unitas. Attamen et a Deo omnibus hierarchiis optime indita, et communicative superveniens, et cum ornatu sacratissimo processio. Propterea, inquit, hierarchiarum ordo a superioribus gradatim sic descendit a superioribus ad inferiores, ut iterum per eundem ordinem inferiores per superiores ad Deum reducantur et convertantur ad unum omnium principium, communicentque simul, et in ipso omnes unum sint. Attamen non aliunde horum omnium processio est nisi a Deo, a quo omnibus hierarchiis ordinibus optime et communiter, non tamen sine differentia indita est, et cum ornatu sacratissimo ipsa supervenit processio. Ut enim in eum omnia convertuntur per reditum, ita ab eo omnia procreantur per processionem. * Apoc. XXII. 9.

10. *Inde theologia nostram hierarchiam angelis distribuit, principem Iudaeorum populi Michahel nominans, et alios gentium amicos. Statuit enim excelsus terminos gentium secundum numerum angelorum Dei.* Quoniam, inquit, ab uno omnium causa et angelicarum et humanarum hierarchiarum descendit processio, et ad ipsam iterum ascendit reversio, propterea theologia nostram hierarchiam angelis distribuit, hoc est angelis distributam tradit. Principem namque Iudaeorum populi Michahel nominat. Quo uno argumento docemur ceteras totius mundi nationum suos principes angelicos habere, quos vocat gentium amicos. Ducunt namque generationes, quibus praesunt, ad unius veri Dei cultum connecti. Michahel autem interpretatur, *quia sicut Deus?* vel *pax fortis*, id est pax Dei, vel *vir virtutis*. Quod autem introduxit, statuit excelsus terminos gentium secundum numerum angelorum Dei, non ita intelligendum, ut opinor, quasi tot gentes sint et linguae, quot angeli Dei, sed tot sunt termini gentium, quot numerus est angelorum, qui specialiter principes earum constituti sunt.

11. Si autem quis dixerit: et quomodo Hebraeorum populus reductus est, ceteris nationibus in tenebris ignorantiae atque perfidiae detentis ante incarnationem Dei Verbi, dum omnes similiter doctores angelos, sicut Hebraei haberent? A. I 26 b.

respondendum, quia non angelorum rectas scientias accusari oportet aliarum gentium in non existentes errore. Respondendum, inquit, quia neminem oportet accusare rectas scientias, hoc est recta iudicia sanctorum angelorum propter errorum aliarum gentium in non existentes, in falsos videlicet deos, qui non sunt; quoniam daemones eorumque ludibria, miserrimarumque rationabiliumque animarum irrationabilia machinamenta probantur esse. Pulchre autem angelorum imperia et principatus rectas appellat scientias. Non enim alio modo regunt gentes quibus dominantur, nisi scientia et sapientia. Intellectuales quippe creaturae sunt,
Ps. CXXXV 5. scientiae sapientiaeque capaces, sicut scriptum est *, qui fecit caelos in intellectu. *Sed illos ipsos propriis inflexionibus ex ea quae est in divinum recta reductione recidentes, amore proprio et superbia et ipsis opinionum divinitus convenienter cultui.* Ordo verborum: Sed oportet accusare ad illos ipsos gentium videlicet populos recidentes, retro cadentes propriis inflexionibus, hoc est propriis voluntatis
Ibid. irrationabilibus motibus, ex ea recta reductione, id est ab ipsa recta vivere * religionis via, quae est in divinum, quae videlicet ducit in divinum veri Dei cultum, et hoc eis evenit amore proprio. Se namque ipsos, non Deum suum amabant, inflati superbia, plus creaturae servientes quam creatori: et cultu opinionum suarum seducti sunt, convenienter ipsis divinitus hoc est convenienter eis divino consilio hoc fieri concessum. Tradidit enim eos Deus in reprobum sensum, ut faciant
Rom. I, 28. quae non conveniunt *.

10. *Hoc perhibetur et ipse Hebraeorum populus perpessus esse.* Hoc, id est ex recta via, qua unus Deus colitur, sicut et ceterae nationes, recessisse idolaque coluisse perhibetur hebraicus populus, ideoque ultionem divinam perpessus est. *Cognitionem enim Dei, ait, repulisti, et post cor tuum existi. Neque enim coactam habemus vitam, neque per provisorum propriam potestatem divina lumina providae illuminationis obcaecantur. Sed intellectualium visionum dissimilitudo superplena paterna bonitate lucis donationem, aut omnino non participatam facit. Et ad earum reformationem non distributam, aut participationes facit differentes, parvas aut magnas, obscuras aut claras, unius et simplicis, et semper eodem modo habentis, et superexpansi fontalis radii.* In hac autem sententia liberrimum rationalis creaturae commendat arbitrium, ut superplenam paternae bonitatis infinitamque illuminationum communiter humanis animis effusionem. Ait enim: neque *coactam sed liberam nos homines habemus vitam.* Ac si diceret: non idea conditor et ordinator omnium naturarum, principes angelos eis praeposuit, ut eas invitas absque
A. I 30. a liberi arbitrii appetitu ad cultum suum converterent. Si enim hoc fieret, divinae profecto imaginis gloria in servitutem redacta valesceret. Sed propterea angelos suos nescientibus se generationibus praeordinavit, ut occulta et intelligibili admonitione intellectualis rationalem ad cognitionem creatoris sui spontaneo motu reduceret. Neque enim coactam habemus vitam. Quoniam vero tam infinita et tam communia sunt divina lumina providae illuminationis, hoc est divinae providentiae, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ita ut nulla propria potestate liberi arbitrii eorum quae prorsus sunt facienda obcaecari, hoc est obscurari et alienari a communi omnium intelligibilium et rationabilium cognitione valeant prohiberi. Nam omnibus capacibus suis universaliter distribuuntur,

nullaque creatura illorum praesentia privatur, inestque omnibus cognitionis eorum naturalis possibilitas.

13. Propterea dicit: neque per provisoriam propriam potestatem divino lumine providae illuminationis obcaecantur. Sive enim intellectuales, sive rationales creaturae inter naturales suos motus permaneant, eosque non rumpant, sive per contrarios motus naturae terminos velint transgredi, sicut divinas leges excedere, ita divinis illuminationibus communiter et generaliter carere non possunt. Sed fiunt dissimilitudo intellectualium visionum seu vultuum, ὄψις namque visio et vultus interpretari potest, lucis donationem et superplena hoc est plus quam plena paterna bonitate aut omnino non participatam et non distributam ad earum visionum videlicet reformationem. Sunt enim qui divinae illuminationis radium sibi praesentem nolunt participare, nec sibi distributum fieri, intellectuales suos oculos sponte sua, ne divinum lumen recipiant, claudendo, dono liberi arbitrii abutentes, et quod ad reformationem suam sibi distributum respuentes. Obcaecatum est enim insipiens cor eorum. Aut eadem dissimilitudo intellectualium vultuum participationes facit differentes, parvas aut magnas, obscuras aut claras. Quidam namque divinum participant lumen minus, quidam plusquam obscurius, quidam clarius necnon et simplicius et semper eodem modo incommutabiliter habentis, et supraexpansi, non ut potest transferri, superextenti fontalis radii Dei Verbi plane ex paternae bonitate fonte nascentis, et omnibus intellectualibus oculis communiter superfusi, sive quis eum receperit, sive non. Etenim et sol iste visibilis aequaliter omnibus sui luminis radium defundit, non tamen ab omnibus quibus aequaliter participatur. Vitrum penetrat, alias aspeculatus, paucum aera pervadit, aquosa nube resultat. Deinde quia et aliis gentibus, ex quibus et nos respeximus in illud omnibus paratum in traditionem et apertum divini luminis et magnum et copiosum pelagus, non alienigenae quidam imperabant dii. Quoniam statuit excelsus terminos gentium secundum numerum angelorum Dei. Et quoniam Michahel principem Hebraeorum esse scriptura testatur. Deinde hoc est de causa datur intelligi, quia non alienigenae A. I. 26 X.
quidam imperabant dii et aliis gentibus, ex quibus et nos respeximus, hoc est credidimus, in illud apertum et magnum et copiosum pelagus tradere in omnibus volentibus participare illud. Nulli enim denegatur, quia nulli invidet; non est enim acceptio personarum apud communicans ab omnibus volentem. Alienigenas autem deos appellat daemones, quos alienigenae nationes, praeter Hebraeos colebant, ignorantes filium Dei sibi imperasse. Unum autem omnium principium et ad ipsum reduxerunt, sequentes secundum unamquamque gentem principantes populi. Unum est enim omnium principium, ad quod principantes angeli per singulas gentes reduxerunt sequentes, obedientes videlicet sibi.

14. Sequitur laus Melchisedech regis et sacerdotis Hebraeorum. *Melchisedech intelligendum summum sacerdotem existentem Dei amicissimum existentibus*, non existentium, sed vere existentis excelsi Dei. Quae laus apertioribus verbis potest depromi, ut sit sensus: Melchisedech intelligendus est summus sacerdos existere non eorum quae sunt, sed vere existentis excelsi Dei, amicissimus Dei, in his quae sunt. Potest etiam sic interpretari: Melchisedech intelligendum summum sacerdotem existentem Dei amicissimum existentibus, non existentium, sed ipsius vere

existentis excelsissimi Dei. Fore tamen unus sensus, ut si diceret: intelligendum
cod. gene est Melchisedech, qui * summus sacerdos et amicissimus existentium Dei, non existentium tamen, sed ipsius vere existentis excelsissimi Dei sacerdos est. Etenim sic simpliciter Melchisedech ipsi theologi non amicum Dei tantum, sed et sacerdotem vocaverunt. An ut sapientibus aperte significarent, quia non solum eis in ipsum, qui vere est, Deum convertit, adhuc autem et alios ut summus sacerdos eduxit ea quae essent ad veram et solam divinitatem reductionem. An forte, inquit, divini sapientes non amicum Dei tantum, verum et sacerdotem Dei vocaverunt Melchisedech: *ut sapientibus aperte evidenterque significarent, quia non solum ab eis Hebraeis plane in Deum convertit. Adhuc autem et ab aliis nationibus eduxit summus sacerdos ea reductione*, quae est ad veram et solam divinitatem fide
cod. plur. Sir et Iufin. videlicet et actu et contemplatione. Pulchre autem post * angelos qui singulis nationibus imperant, introducitur Melchisedech rex videlicet et summi Dei sacerdos, qui non solum ex Hebraeorum populo, verum etiam ex aliis generationibus multos in cultum veri Dei convertit. Quod quamvis in sancta historia scriptum non sit, nullo modo debemus dubitare rerum factarum veritatis fore, duobus maximis argumentis ad fidem causae dubiae ducti. Primum quidem beatus Dionysius talia incunctanter non dixerat, si apostolica auctoritate quae viderat et audierat tradita non
cod. vise didiceret. Secundo ut vetus * testamentum nullum patriarcharum tradit, qui tan-
tum gesserit figuram Christi, quantum ipse Melchisedech, Christus autem cum carnis origine hebraeus sit, non tamen ex Hebraeis solummodo, verum etiam ab omnibus gentibus electos adduxerit, quibus suam ecclesiam unicam sibi domum et construxit, et spiritualiter iugo dilectam sibi sponsam copulavit. Quod mysterium sub symbolo Melchisedech est praenotatum. Pulchre, ut dixi, post angelos gentium principes introducitur, ut per hoc intelligamus non solum angelos, verum et sanctos homines cultus divinae dispensationis atque providentiae legibus singulis linguis et nationibus imperare.

cod. sol. 15. Post vero mysticam Melchisedech super * haec commemorationem, ad exempla quibus angeli imperare nationibus probantur, convertit intuitum dicens. *Et hoc totum tuam summe sacerdotalem intelligentiam admonebimus, quia et Pharaoni apud ipsos Aegyptios imperante angelo, et Babyloniorum principi praecedente proprio omnium prudentiae et dominationis providum et potestativum secundum divisiones distributum est et gentibus illis veri Dei ministri duces statuti sunt.* Et admonebimus, inquit, o Timothee, tuam summam sacerdotalem intelligentiam, ut incunctanter cognoscas hoc quia distributum est providum et potestativum, id est provisio et potestas omnium providentiae et dominationis Dei Verbi videlicet, qui providentia et dominatio est omnium, distributa est secundum visiones, hoc est iuxta quod in visionibus propheticis est relativum. Et quia gentibus illis veri Dei ministri duces statuti sunt. Quod probatur angelo imperante Pharaoni. Dum imperat angelus Pharaoni apud Aegyptum, ut vidit Ioseph et proinde proprio, dum proprius angelus praeesset Babyloniorum principi, ut vidit Daniel. His apertissimis exemplis indubitanter datur intelligi omnibus gentibus angelos Dei praeesse, eosque prophetis visionum revelasse.

16. Ordo autem et qualitas propheticae visionis subnectitur. *Formationum ab*

angelis visionis manifestatione angelorum continuo sacris viris Danihel et Ioseph ex Deo per angelos revelatae. Hyperbaton est, cuius ordo est manifestatione revelata visione formationum ab angelis angelorum continuo ex Deo per angelos sacris viris Danihel et Ioseph. Et est sensus: haec omnia per propheticas visiones in notitiam hominum traducta sunt, dum revelata est manifestatio, hoc est expositio visionis formationum, imaginationum videlicet et figurationum, quibus prophetici spiritus formati sunt ab angelis angelorum, id est a se prioribus angelis inferioribus revelata est manifestatio. Et continuo ipsa revelata manifestatio per angelos ex Deo sanctis prophetis tradita est. Prius ergo angeli, verbi gratia principantes * archangelis, et consequenter archangeli per angelos sanctis hominibus propheticae formationis revelatae sunt, et hoc totum ex Deo. Quod consequenter subnectit dicens: *unum est omnium principium et providentia.* Ac si diceret: a nullo reguntur omnes gentium, sive quae iam crediderunt, sive quae adhuc tenebris ignorantiae detinentur. Nisi ab ipsa una providentia unius omnium principii. Aequaliter enim et communiter divina bonitas omnibus providet nationibus. Quod conexum edocet: *et nullo modo aestimandum, Iudaeos quidem pleniter duxisse divinitatem, angelos autem specialiter aut aeque honorabiliter aut oppositis aut deos quosdam alteros imperare aliis gentibus.* Ac si aperte diceret: nullo modo intelligenda est divinitas Iudaeis pleniter, vel sicut expressius transfertur consummative, hoc est ultra ceteras nationes imperasse per se ipsam, nulla angelica potestate interposita. Angelos autem specialiter id est vicarios aeque honorabiliter aliis gentibus, hoc est gentibus quae aequaliter honorabiles erant, verbi gratia Romanis, Graecis, ceterisque similibus, et aeque potentibus aut oppositis, id est contrariis aliis gentibus vel scilicet. Vel Iudaeis aut deos quosdam alteros daemones plene imperare. Adversus superbiam Iudaeorum hoc dictum arbitror, qui ipsum Deum per se ipsum, non per aliquem angelorum sibi imperare solo autumant, ideoque se honorabiliores ceteris gentibus gloriantur, quasi speciale imperium unius Dei electus populus Israhel.

*** Ita cod.**

A. 2 col. b.

17 *Sed et eloquium illud secundum ipsam sacram intelligentiam accipiendum.* Non secundum, inquit, falsam superbamque Iudaicam opinionem, qua se veluti propriam Dei hereditatem iactitant, divina providentia accipienda est, sed eloquium illud accipiendum, hoc est divina scriptura scrutanda secundum ipsam sanctam intelligentiam, quae docet rem publicam universalis creaturae communi providentia et salute gubernari. Propterea subditur: *non ut partiente Deo cum aliis diis aut angelis nostrum ducatum et Israhel in gentis principatum et gentis ducatum contento, sed ut ipsa quidem una simul omnium excelsa providentia omnes homines salutariter propriorum angelorum restitutoriis manuductionibus distribuente solo fere ultra omnes Israhel in veri Domini illuminationem et cognitionem converso.* Non quasi, inquit, partiretur Deus cum alteris diis aut angelis, hoc est dividere inter alteros deos aut angelos nostrum ducatum, ceterarum videlicet gentium, ex quibus ad cultum unius veri Dei vocamur imperium, quasi contentus sit solo Israhel in gentis principatum gentisque ducatum, ut esset princeps gentis et dux gentis, non aliarum nisi illius iudaicae, sed quasi una providentia simul omnium excelsa omnes homines salutariter causa videlicet omnium salutis distribuens restitutoriis in cultum Dei manuductionibus auxiliis plane propriorum angelorum, dum solus

fuss extra omnes nationes in veri Domini lucem et cognitionem Israhel conversus est. *Unde theologia quidem ipsum possedisse Israhel in veri Dei famulatum significans, facta est portio Domini, ait.* Vide quam ob rem, qua de causa, quoniam solus fere Israhel in cognitionem conversus est, theologia in ipsum Dominum prefata possedisse Israhel in famulatum suum significans, facta est portio Domini ait. Potest etiam interpretari factus est, ut subaudiatur Israhel portio Domini. *Ostendens autem et eum virtutum ceteris gentibus distribuisse eiusdem sanctorum angelorum in cognoscendum per eum unum omnium principium Michahel dixit iudaicum duxisse populum.* Ut ostenderet, inquit, ipsum Dominum distribuisse eiusdem sanctorum angelorum virtutum in ceteris gentibus imperium, ut per suum angelum videlicet gentem cui preest in cognitionem unius omnium principii, quod ipse Dominus est reduceret. Propterea dixit Michahel iudaicum duxisse populum, ut per unum ducem unius gentis expresse nominatum ceteros ceterarum gentium duces nobis insinuaret, et ut falsam opinionem Iudaeorum destrueret, qui opinantur nullum principem, nisi ipsum Deum, immediate sibi imperare.

A. C. II. B.

13 Sequitur *Aperte nos edocens, unam esse omnium providentiam, simul omnibus invisibilibus et visibilibus virtutibus superessentialiter supercollocatam.* Tamquam si diceret: propterea ad theologiam singulos singularum generationum angelos tradidit unum uni distribuens, ut aperte nos edoceat unam esse omnium providentiam, quae simul omnibus invisibilibus et visibilibus virtutibus super omnem essentiam supercollocatur. *Omnes autem per singulas gentes imperantes angelos, in ipsum ut proprium principium sequentes, voluntate essentiali quosque virtutes extendere.* A superioribus subauditur, ut doceat nos eadem theologia, quod omnes imperantes angeli per singulas gentes extendunt, hoc est subvehunt sequentes, obedientes scilicet sibi voluntate essentiali, libero plenae voluntatis arbitrio, quod essentialiter humanis mentibus inest, quosque virtutes, id est quascumque virtutes animorum libere se sequentium, ipsum Deum ut proprium principium, merito quia Dominus proprium et solum rationabilis creaturae principium est. Ordo itaque dictionum est, omnes per singulas gentes imperantes angelos, sequentes quascumque virtutes voluntate essentiali in ipsum et proprium principium extendere docet theologia. In hac via sanctitatis sanissima et altissima traditur nobis doctrina. Primum quidem quia sancti angeli nostri presules sunt, et non aliam ob causam imperant nobis, nisi ut nos revocent nostris erroribus et ignorantiis in unius omnium principii et causae cognitionem, quae sola nostra salus est, ut purgatio et illuminatio et perfectio et summa beatitudo et deificatio, et quod nemo nostrum invitus reducitur, ne naturalis gloria divinae imaginis, quae maxime in libertate arbitrii nobis data est, dissolveretur, sed uniuscuiusque nostrum interiori virtuti electio datur et libertas et possibilitas redeundi in eam ad cuius imaginem facti sumus, et in ipso deificandi et beatificandi, ipso per angelos suos nos vocante adiuvante, qui communiter totum diligit genus humanum.

CAPITULUM DECIMUM.

Cuius titulus est, repetitio, et synagoge angelicae ordinationis. In hoc capitulo trium caelestium hierarchiarum expositio repetitur breviter, earumque ordinationis congregatio et differentia.

1 *Conexa est itaque sic ipsa quidem honorabilissima circa Deum animorum dispositio ex teletarchica* [a] *illuminatione ordinata* [b] *in eam in medietate ascendendo occultior et manifestior divinitatis illuminatione purgatur et illuminatur et perficitur.* Conexa est, connexa videlicet sibi invicem et inseparabiliter copulata ipsa honorabilissima dispositio. Ipsa plane sublimis ornatus animorum qui immediate circa Deum sunt, tres scilicet ordines primae hierarchiae, et est ipsa dispositio ex teletarchica illuminatione, hoc est ipsa divinitate, quae teletarchia dicitur. Perfectionum quippe et sanctificationum princeps est sanctitas, vel sicut expressius quaerunt muntatur pontificata, in pontificalem videlicet ordinem subvecta. Ipsa namque est primum sacerdotium caelestium essentiarum ab ipso Deo constituta in eam teletarchicam plane illuminationem, immediate ascendendo, ceteris sequentibus se hierarchiis. Occultior et manifestior per illuminationem divinitatis purgatur et illuminatur et perficitur. Purgatur quidem omni ignorantia, illuminatur omni sapientia, perficitur omni deificatione. Quali autem ratione occultior sit et manifestior una eademque prima hierarchia, subiungitur. *Occultior quidem tanquam invisibilior et magis simplificata et unificata manifestior vero ut ante data, et primo lucet, et universalior, et magis in eam ut oportet forma effusa.* Occultior est ceteris, quia plus invisibilis, vel sicut expressius interpretari potest intellectualior, quia plus ceteris intellectualis est, propter propinquitatem immediatam illius qui superat omnem intellectum, et magis simpla facta est et unificata. Talibus itaque modis occultior est ceteris, quia plus invisibilis et intellectualis, et quia magis unita est, in tantum ceteris coetibus obscurior et ad cognoscendum difficilior, quantum causae omnium omnino invisibili et incomprehensibili propinquior. manifestior vero ut ante data, hoc est propterea manifestior, quia ante omnia data et constituta, non tempore, verum dignitate et sublimitate naturae; et quia primo ante omnia lucet post inaccessibilem lucem quae eam condidit, et quia universalior ceteris, id est omni varietate et dissimilitudine absolutior; et quia magis in eam quantum oportet comprehendi, forma omnium effusa est, unigenitum videlicet Dei Verbum, ad quod formantur omnia. Quatuor modis manifestior est aliis omnibus hierarchiis, primum quidem, quia ante omnes condita in excelsitudine naturae; secundo, quia primordialius post Deum lucet et se sequentibus et sibimet; tertio, quia ordines ipsius universaliores hoc est inter se invicem similiores sunt; quarto, quia magis in eam plus quam in aliis omnium forma diffunditur, expressiusque in se manifestatur. Obscurior igitur ceteris prima caelestis hierarchia, quia manifestior id est lucidior, et lucidior, quia obscurior. Nam claritas ipsius ceterorum caelestium animorum superat fulgorem, atque infert caliginem, sicut sol intuentibus eum vertitur in tenebras. Sapientior enim omnibus est et incomprehensibilior

[a] A. t. et h.
[b] B. I. tri. proportione
A. sanctificati

A. t. et a.

2 *Ab ipsa iterum autem proportionaliter secunda, et a secunda, tertia, et ex tertia secundum ipsam bene ornantis taxiarchiae legem, in harmonia divina et analogia, ad simul omnes boni ornatus superprincipale principium et consummationem hierarchicam reducitur.* Ab ipsa autem prima proportionaliter reducitur secunda, e secunda reducitur tertia, ex tertia nostra id est humana reducitur hierarchia iuxta leges bene ornantis taxiarchiae datam videlicet, in adunatione divina et proportione. Et quorsum omnes reducuntur? Sursum profecto ad superprincipale principium, et superconsummativam consummationem omnis boni ornatus, ad ipsum plane Deum qui est omnium principiorum principium et plusquam principium, et omnium consummationum consummatio, id est finis et plusquam finis. Hierarchice autem reducitur, hoc est unaquaeque hierarchia secundum suas leges in divinam subvehitur harmoniam et analogiam. *Manifestatores autem omnes, et angeli eorum qui ante ipsos sunt, ipsi quidem honorabilissime Dei moventis, proportionabiliter autem ceteri ex Deo motores.* Omnes virtutes caelestes manifestatores sunt, et angeli eorum qui se praecedunt, ita ut ordines primae hierarchiae, qui sunt ceterorum excellentissimi, manifestatores angeli sint Dei qui omnes movet. Ceteri vero proportionaliter angeli sunt eorum qui ex Deo moventur. Ut enim prima hierarchia ipsum Deum enuntiat secundae, ita annunciat prima mediae, et tertia annunciat medium quartae quae est nostra. Et ut breviter dicam, inferiores ordines gradatim ascendentes, superiorum se angeli sunt, et omnes communiter Dei. *Tantum enim omnium superessentialis harmonia unicuique rationalium et intellectualium sacro ornatu et ordinata ductione providit, quantum ipse hierarchiarum unusquisque ordo sacre et decenter positus est.* Tantum, inquit, superessentialis harmonia, summa videlicet omnium causa, providit unicuique rationali et intellectuali essentiae ornatu sacro et ordinata reductione distribuere, quantum ipse, unusquisque videlicet ordo hierarchiarum sancte et pulchre, hoc est in quantum ordo hierarchiarum exigit, in tantum ei distribuitur ex superessentiali omnium adunatione.

3 *Et omnem hierarchiam videmus in primas et medias et ultimas virtutes divisam.* Hoc etiam in superioribus capitulis est praedictum, quod omnis hierarchia tribus ordinibus subsistens est, quorum duo, extremitatum, tertius, medietatis obtinet locum, ut est archangelorum ordo inter principatus et angelos. Sed et ipsam per singulas decendum dispositiones ipsa divina harmonia discrevit ac si diceret non solum singulas hierarchias videmus in primas et medias et ultimas virtutes divisas, sed etiam dicendum quod superessentialis harmonia ipsam generalem dispositionem omnium caelestium hierarchiarum in ipsa divina harmonia, adunationibus
A. I. et. h. videlicet, per singulas hierarchias specialiter discrevit in primas et medias et ultimas virtutes. Hierarchia scilicet virtutum potestatum et dominationum proportionalis medietatis inter tres ordines primae, et tres tertiae hierarchiae, harmoniam possidet. Ut enim a prima praeceditur media, ita media praecedit tertiam. Et conversim quemadmodum praeceditur tertia a media, ita media praeceditur a prima. Et haec praecessio et successio in divinarum illuminationum participationis differentiis intelligitur. Alii quidem alte, alii altius, altissime alii; vel certe non solum singulae hierarchiae et ipsae generalis in primas et medias et ultimas dividuntur virtutes. *Sed*

non temere dicendum ipsam dispositionem per singulas specialiter. Id est singulos ordines singularum hierarchiarum in ipsa divina harmonia a superessentiali harmonia discretos esse in primas medias ultimas virtutes. Et ut apertius dicam, non solum singulae hierarchiae in tres ordines discernuntur, verum etiam et unusquisque ordo in primas et medias et ultimas virtutes discernitur. Verbi gratia prima hierarchia in seraphim, veluti primas, et cherubim veluti medias, et thronos, veluti ultimas discernitur virtutes. Et iterum seraphim ordo suas primas et medias et ultimas possidet differentias. Similiter de ceteris ordinibus singularum hierarchiarum intelligendum. Quod aperte subsequentibus verbis datur intelligi. Propter quod et ipsos divinissimos seraphim ipsi theologi dicunt alterum ad alterum clamare, in hoc ut testimonio declarentur, quoniam theologicas scientias ipsi primi secundis tradunt. *Propterea,* inquit, *theologi dicunt alterum ad alterum seraphim clamare,* ut per hoc declararent, quod ipsi seraphim qui primas virtutes habent, secundis seraphim qui secundas, theologicam tradunt scientiam, id est divinarum rationum speculationem. Eadem ratio in cherubim et thronis reliquarumque hierarchiarum ordinibus observanda. Praecedit itaque seraphim alium seraphim, et cherubim alium cherubim, et thronus alium thronum, virtus virtutem, potestas potestatem, dominatio dominationem, principatus principatum, archangelus archangelum, angelus angelum, in hominibus episcopus episcopum, sacerdos sacerdotem, diaconus diaconum, ceteraque huiusmodi, ita ut sub eisdem significationibus nominum, primae et mediae et ultimae intelligantur virtutes.

4. *Addiderim autem fortassis et hoc non incongrue, quia et secundum se ipsum unusquisque et caelestis et humanus animus specialis habet et primas et medias et ultimas ordinationes et virtutes addictas per unumquodque hierarchicarum illuminationum proprias anagogas proportionaliter manifestas, per quas unumquodque in participatione fit, sicut id ipsum et fas est et possibile super incognitissimas purgationis plenissimi luminis anteperfectas perfectiones.* Possem, inquit, addere praedictis et hoc quod non videtur incongruum, quoniam videatur esse obscurum. Et quid est illud? Quia non solum generalis omnium hierarchia, et specialium hierarchiarum ordines, ipsique singuli ordinum, verum etiam unusquisque caelestis et humanus animus in se ipso speciales habet primas et medias et ultimas virtutes secundum dictas per unumquodque, hoc est per unumquemque ordinem proprias anagogas reductiones plane hierarchicarum illuminationum proportionaliter manifestas, id est illuminatas. Per quas proprias anagogas unumquodque eorum quae praedicta sunt in participatione fit super incognitissimas purgationis plenissimi luminis anteperfectas, id est plusquam perfectae perfectionis, divinitatis plane. Sicut ipsum, hoc est sicut participatione Dei fas est esse et possibile, qui est superincognitissima purgatio plenissimumque lumen, et anteperfecta id est plusquam perfecta perfectio. Est enim nihil per se perfectum indigens universalis perfectionis, nisi vere perfectissimum et anteperfectum. Propterea, inquit, omnis humanus et caelestis animus in participatione fit divinae perfectionis et illuminationis et perfectionis, quoniam per se ipsum non perficit nec illuminari nec purgari potest. Nihil enim est eorum, quae sunt, per se perfectum, dum indiget universalis omnium perfectionis, quae est unius omnium causae participatio. Nisi vero perfectissimum et ante per-

a l. c. 3

fectum, hoc est nisi vere summum bonum quod per ipsum et perfectissimum est et plusquam perfectum, omniumque perfectionum finis atque principium.

5 Si autem quaeritur quae sint primae et mediae et ultimae virtutis uniuscuiusque caelestis et humani animi, respondendum humano animo has tres virtutes inesse contemplanti, cuius primae virtutes sunt intellectuales, quae supernaturaliter solummodo circa omnium causam, quae Deus est, versantur. Mediae vero rationales, quae circa rerum omnium conditarum naturas cognitionem vim suam exercent. Ultimae quae circa naturales animi motus operationes suas impendunt. Has quoque virtutes caelestibus animis inesse, non facile crediderim ullum recte philosophantium dubitare, dum caelestes animi et circa Deum intelligibiliter, et circa rerum naturas rationabiliter, et circa naturales suos motus interiori sensu praediti videantur. Et primae quidem virtutes sive in caelesti sive in humano animo theologicae, mediae, physicae, ultimae, morales e theosophia appellantur. Et primae quidem propterea primae, quia circa Deum; mediae vero, quia circa naturam conditam; ultimae, quia circa mores qui naturam sequuntur, virium suarum peragunt officia, non incongrue vocatae sunt. Nam inter Deum et mores, medietas quaedam naturae data est. Ut enim Deus qui supernaturalis est, praecedit naturam, ita natura praecedit mores. Et quemadmodum virtutes morum sequuntur naturales virtutes, ita naturales sequuntur divinas.

CAPITULUM UNDECIMUM

Cuius titulus est: quare omnes caelestes essentiae communiter virtutes caelestes vocantur, hoc est, quare omnes caelestes coetus communi vocabulo virtutum, quemadmodum communi vocabulo angelorum, appellantur.

1 *His autem definitis, illud dignum intelligere, ob quam causam omnes similiter angelicas essentias, virtutes caelestes vocare consuevimus. Non enim est dicendum ut in angelis, quoniam omnium novissima est dispositio.* Non eadem, inquit, reddenda est ratio de communi vocabulo virtutum quae de angelorum, dum quaeritur cur omnes caelestes essentiae angeli vocantur. Non enim possumus dicere propterea communiter caelestes animi, virtutes nominantur, quoniam ipsa dispositio sanctarum virtutum in divinis ordinibus novissima. Ea siquidem ratio de angelica cognominatione reddita est, quando quaerebatur cur omnes caelestes essentiae angeli generaliter appellarentur, quoniam angelicus ordo inter omnes caelestes extremum possidet locum. *Et quidem novissimarum sancta et decora illuminatione superpositarum essentiarum dispositiones participant*, ultimae vero primarum, nullo modo. Proponam ordine simulare quaestionem sic. *Et quidem novissimarum essentiarum participant sancta et decora*, vel uti expressius transfertur, *sanctam decentem illuminationem superpositarum essentiarum ordines participant.* Quod apertius potest dici: superpositae dispositiones, ordinationes videlicet caelestium essentiarum, sanctam et decoram illuminationem vel sanctam decentem illuminationem novissimarum virtutum participant. Ultimae vero essentiae sanctam decentem illuminationem primarum illuminationum non participant. Nulla siquidem

virtus est in novissimis, quae non subsistat in primis. In primis autem sunt, quae in novissimis non subsistunt. Deinde proponit et cuius gratia caelestes quidem virtutes omnes divini intellectus nominantur. *Seraphim autem et throni et dominationes nullo modo omnes divini intellectus vocantur. Participatae enim extremae excelsissimis sunt universalibus proprietatibus.* Propterea, inquit, hanc quaestionem propone, cur divini intellectus omnes virtutes nominantur, non autem seraphim vel throni vel dominationes. Participatae enim sunt extremae essentiae ab excelsissimis essentiis in universalibus proprietatibus. Ideoque non mirum si nominibus extremarum excelsissimae denominarentur, quia nulla proprietas est in extremis, quam non participent primae. Mirum autem cur nomine virtutum omnes divini intellectus vocitantur, cum virtutes inter excelsas substantias computatae sint. Est enim mediae hierarchiae primus ordo.

2. Ideo subiungit: *ipsi namque angeli, et ante angelos archangeli et principatus et potestates post virtutes ab ipsa theologia ordinati communiter, saepe a nobis similiter aliis sanctis essentiis caelestes virtutes vocantur.* Ac per hoc non immerito quaeritur cur inferiores et novissimi ordines longe praecedentium se virtutum appellatione significentur. Dicimus autem quia communiter in omnibus utentes caelestium nomine virtutum, non confusionem quandam uniuscuiusque dispositionis proprietatum introducimus. Quaestionem solvit quam proposuit. *Dicamus*, inquit, hoc est respondeamus, *quia non introducimus confusionem aliquam proprietatum uniuscuiusque ordinis*, dum in omnibus divinis animis communiter utimur caelestium nominatione virtutum. Ac si diceret, dum nomine virtutum omnes divinos animos appellamus, non auferimus proprietatem suam ab ipso ordine virtutum, neque eam proprietatem dico aliis essentiis superioribus inferioribusve communicare attributuri iudicandi sumus, quoniam non ipsius ordinis virtutum proprietatem significamus. A. I. 16. A. Et hoc est quod sequitur: *sed quoniam in tria dividuntur secundum se supermundana ratione omnes divini intellectus in essentiam et virtutem et operationem, cum simul omnes aut eorum quosdam inobservate caelestes essentias aut caelestes vocamus virtutes περιφραστικῶς, de quibus sermo est, significare eos aestimandum, ex ea quae per singulos eorum est essentia vel virtute.* Ordo dictionum: sed aestimandum est nos significare eos περιφραστικῶς, de quibus sermo est, cum vocamus simul omnes aut eorum quosdam inobservate caelestes essentias aut caelestes virtutes ex essentia vel virtute quae est per singulos eorum, quoniam in tria dividuntur supermundana ratione omnes divini intellectus in essentiam et virtutem et operationem. Non introducimus, inquit, confusionem proprietatum divinorum intellectuum, appellantes eos nomine virtutum, sed existimandi sumus περιφραστικῶς, hoc est per circumlocutionem, significare eos divinos videlicet animos, de quibus nobis sermo est ex ea generali essentia et generali virtute, subauditur etiam generali operatione, quae singulis eorum inest, quando vocamus simul omnes divinos animos, aut quosdam eorum specialiter inobservate, hoc est communi et indiscreta significatione caelestes essentias aut caelestes virtutes aut caelestes operationes. Nec sine ratione hoc agimus. Tripertita enim illorum est partitio, in essentiam videlicet et virtutem et operationem. Et fortassis haec tria sunt, de quibus in superiori capitulo, dum de primis mediis et ultimis virtutibus uniuscuiusque caelestis et hu-

mani animi ageretur, tractatum est ut primas in essentia, medias in virtute, ultimas in operatione intelligamus. Quomodo autem intellectus essentiae, et ratio virtuti, et sensus interior operationi aduuatur, ut non duae trinitates hominis et angeli, sed una sit, satis arbitror in libris περὶ φύσεως discussimus (1).

3 *Neque enim superpositam proprietatem iam bene a nobis discretarum sanctarum virtutum, minoribus omnino annectere essentiis in conversione inconfusae angelicorum ornatuum taxiarchiae.* A superioribus subauditur: neque, inquit, aestimandum est, nos superpositam proprietatem sanctorum virtutum, quas a ceteris divinis intellectibus bene discrevimus etiam minoribus annectere essentiis, veluti in conversione et perturbatione inconfusae taxiarchiae, hoc est inconfusi divini ordinis. Ac si diceret: nemo nos existimet proprietatem sanctarum virtutum eminentiae

A. C. 11 B. rikns essentiis adiungere, seu inconvertibilem et inconfusam taxiarchiam perturbare, sed generalem virtutem, quae et omnibus et singulis virtutis nomen impertitur, docere. *Iuxta enim saepe a nobis recte redditam rationem, ipsae quidem superfirmatae dispositiones abundanter habent et minorum sacras proprietates. Ultimae vero maiorum superpositas universitates non habent particulariter in eas primo apparentibus illuminationibus per primas proportionaliter eis distributis.* Repetitio est superius expositae differentiae primarum et ultimarum caelestium essentiarum. Saepe, inquit, rationem reddidimus de eo quod superordinati divini animi abundanter sanctas proprietates non habent, dum apparentes illuminationes primis primo universaliter in eos ultimos videlicet particulariter per primos et proportionaliter eis ultimis distribuuntur. Quod breviter colligendum: copiose habent primi ordines et suas et minorum, sed divinas primo in se apparentes illuminationes. Non autem copiose id est universaliter sicut ipsis primis, sed particulariter per primos ultimis, prout analogia eorum exigit easdem illuminationes distribuuntur.

CAPITULUM DUODECIMUM.

Cuius titulus est: quare secundum homines hierarchiae angeli vocantur, id est quare summi sacerdotes ecclesiae terrenae adhuc angeli vocantur.

1 *Quaeritur autem et hoc intelligibilium eloquiorum studiose intuentibus. Si enim participantia excelsiorum universitatum non sunt ultima, ob quam causam secundum nos summus sacerdos angelus Domini omnipotentis ab eloquiis nominatur?* Quaeritur, inquit, et hoc ab his qui intelligibilia studiose intuentur eloquia. Si enim, prout posuit, ultimi ordines excelsiorum universitates non participant, quare summus sacerdos angelus Domini omnipotentis a sancta scriptura nominatur, dum angelici ordines universitatem non participant? *Est autem ratio non contraria, ut aestimo, ante definitis,* rationibus scilicet. *Dicimus enim quia universali et superposita maiorum ornatuum virtute relinquuntur ultimi.* Dicimus, inquit, quia relinquuntur, id est superantur ultimi ornatus ab universali et superposita virtute maiorum, vel sicut proprie transfertur, honorabiliorum ornatuum. *Medium enim et proportionalem participant virtutem ultimi ornatus.* Medium dixit pro particulari, iuxta

(1) Vide eius operis editionem oxoniensem lib. V § 31; quo postremo loco utitur ipse Dionysius.

unam et connexivam societatem. Una siquidem omnibus est societas, in qua tamen universalitates et particularitates sunt: *quale est sanctorum cherubim ordo, participat sapientia et scientia altiore. Sub ipsis autem essentiarum dispositiones participant quidem et ipsae sapientia et scientia, particulari tamen ad illos et subiecta.* A. f. 45 a.
Non te moveat constructio graeca in qua verbum μετέχω, quod est *participo*, et genitivum trahit et ablativum: μετέχω σου *participo tui* vel *te*[a], quale est huiusmodi est, inquit, ordo sanctorum cherubim participans sapientia et scientia altiore. col. a b
Altiorem posuit pro altius. Sub ipsos autem, id est sub ipsis vel in extendentes, sub ipsis cherubim dispositiones inferiorum essentiarum. Et ipsae quidem participant eandem sapientiam et scientiam, particulari tamen et subiecta participatione ad illos in comparatione videlicet illorum cherubim. Quod autem medium ordinem primae hierarchiae pro exemplo posuit, aut brevitatis occasione aut medietatis, cum qua semper extrema subintelliguntur, est actum ut opinor.

2. *Et quidem omnino in participatione sapientiae et scientiae, esse commune est omnibus deiformibus intellectualibus. Attente autem et primo aut secundo aut infra nequaquam commune, sed sicut unicuique ante propria definitur analogia.* Petat quod esse commune est omnium divinorum intellectuum, sapientiam et scientiam participare, attentius autem, hoc est perspicacius et potius et primordialius aut secundo aut inferius, non est omnium commune. Prima siquidem hierarchia primo participat; secunda secundo, hoc est paulo inferius; tertia, infra, quarta, humana videlicet, iterum infra tertiam. Sicut quod praedefinitum est unicuique hierarchiae per propriam analogiam. *Hoc autem et de omnibus divinis mentibus non fortasse quis errans definiet.* Ac si diceret, hoc quod de ordinibus dictum est, alios videlicet primo, alios secundo, alios infra in participatione scientiae et sapientiae esse, non definiet quis errans id ipsum de omnibus divinis mentibus. Singulae quaeque quippe divinae mentes non aequaliter participant. Primi siquidem suis virtutibus primo, medii secundo, ultimi infra in participatione scientiae et sapientiae sunt. *Etenim sicut primi abundanter habent minorum sanctas pulchrasque proprietates, sic habent ultimi eas primorum, non tamen similiter, sed infra.* Hoc de communi participatione dictum est. Sicut enim primi ordines proprietates minorum se, ita ultimi eas proprietates priorum se habent, non tamen similiter sed infra. Siquidem universaliter primi, proprietates ultimorum; particulariter autem ultimi, proprietates priorum possident. Nulla enim virtus est in ultimo angelo, quae non sit in excelsissimo. Multae autem virtutes sunt in excelsissimo, quae non sunt in ultimo.

3. *Nihil ergo, ut aestimo inordinatum, si et secundum nos summum sacerdotem angelum theologia vocat, iuxta virtutem propriam participantem angelorum prophetica proprietate, et ad manifestativam eorum similitudinem quantum possibile hominibus extentum.* Si, inquit, omnes divini animi sive caelestes sive humani communiter quamvis non aequaliter in participatione sapientiae et scientiae substituti sunt, non est inordinatum si summus sacerdos apud nos angelus dicatur iuxta suam virtutem, qua participat propheticam angelorum proprietatem, et qua extenditur ad manifestativam similitudinem eorum, quantum possibile est homini. Ut enim homini prophetae sunt summorum angelorum sacerdotum, ita summi sacerdotes ho- A. f. 45 b.

minus inferiorum et prophetae sunt ecclesiasticorum ordinum. Et quemadmodum angeli divina mysteria summis sacerdotibus manifestant, id est annunciant, eadem similitudine, id est summi sacerdotes, eadem ministeria inferioribus et annunciare non cessant. *Invenies autem quia et deos theologia vocat et caelestes et supernas essentias, et apud nos amicissimos Dei et admirabiles viros.* Nec mirum, inquit, si summum sacerdotem theologia angelum Dei vocaverit, quia invenies eandem theologiam deos vocare caelestes essentias et homines, quia amici Dei sunt. Si ergo homines dii vocantur, quid mirum si dicantur summi sacerdotes angeli? *Et quidem divina obscuritas superessentialiter simul omnibus, et remota et supercollocata est, quae sunt, nullum simile valet proprie et omnino ab ea nominari.* In tantum enim divina bonitas occulta est et invisibilis et superessentialis et ab omnibus remota, ut nullum sibi simile sit quod ab ea proprie valeat denominari, ut Deus proprie aut bonitas aut veritas dicatur.

4. *Veruntamen quaecunque et intellectualium et rationalium ad unitatem eius qualiscunque virtus universaliter convertitur, et ad divinas illuminationes, quantum possibile, incessabiliter extenditur secundum virtutem (si iustum dicere) divina imitatione et divina univocatione digna facta est.* Quamvis, inquit, divina visibilitas superexaltet omnia, ut nulla creatura ab ea proprie valeat denominari, veruntamen quaecunque et qualiscunque virtus intellectualis et rationalis ad unitatem eius universaliter convertitur, et ad illuminationes eius quantum creaturae possibile est indesinenter extenditur, secundum suam virtutem, si fas est dicere, digna facta est divina imitatione et divina univocatione, hoc est divina similitudine et divino nomine. Ineffabilis siquidem divinae bonitatis largitas omnibus intellectualibus et rationalibus animis in se universaliter conversis, et absque intermissione extentis, et similitudinem suam impertitur et vocabulum.

CAPITULUM TERTIUM DECIMUM

Cuius titulus est: quare a seraphim dictus purgatus fuisse propheta Esaias.

1. *Age et hoc secundum virtutem inspiciamus, ut quid a theologis seraphim missus fuisse dicatur.* Age, inquit, quoniam nostrae disputationi ubi potest* et humana hierarchia per novissimum ordinem caelestium virtutum qui proprie angelicus vocatur disponitur, ut praefati sumus, quare seraphim unus videlicet ex numero
A. c. 14. a. primae hierarchiae purgat prophetam? Illud enim ad angelos pertinet. Qua ratione hoc a theologis dictum sit, iuxta virtutem nostrae intelligentiae quaeramus. Neque seraphim inferiores virtutes possunt nominari, neque nisi per extremos angelos nostram hierarchiam administrari. Quod consequenter subiungitur: *Etenim responderit quisquam, quia non subpositorum quis angelorum, sed unus quidam maximis essentiis innumeris purgat sacerdotem.* Potest et sic interpretari: etenim respondeat unusquisque, quia non subiectorum quis angelorum, sed ipse seraphim videlicet, qui est in honorabilissimis essentialibus numeris purgat prophetam. Unus
* Immo ubi ἀπεκρίθη tamen intellectus est utriusque interpretationis, nam ἀποκρίνεται* potest interpretari
et exponeret et responderet. Ὑποφαίνει similiter et sacerdos dicitur et propheta

Quidam ergo aiunt quia iuxta iam ante redditam cunctorum intellectuum societatis definitionem, non unum circa Deum primarum mentium nominat eloquium in theologi purgationem venisse; quendam vero praestantium nobis angelorum sacrificantem prophetae purgationem, seraphim aequivocatione vocatum fuisse propter igneam et caelestem dictorum ablationem peccatorum, et purgati in divinam oboedientiam resuscitationem. Hanc, dicit, quaestionem quidam volunt explanare dicentes, quia iuxta ante redditam ab eis non a nobis omnium caelestium intellectuum definitionem societatis, dicunt enim quod cuncti caelestes intellectus tantae societatis sunt, ut omnes et singuli omnium et singulorum nominationibus communiter appellentur, non unum ex ipsis seraphim, sed unum ex angelis qui nobis praesunt, sacrificare, id est purgare prophetam theologi dicunt, eumque angelum dico divinum eloquium, nomine vocare seraphim, propter fervidam et igneam et caelestem ablationem peccatorum, hoc est purgationem prophetae, qui dixit se peccasse in verbis suis, et in medio peccantis populi habitasse. Et ideo purgatur, ut revocaretur in divinam oboedientiam ad praedicandum videlicet peccatorum populo. Ea itaque, inquiunt, ratione angelus, aequivocus seraphim factus est; ut per hoc significaretur quod omnium caelestes virtutes spiritualis igni vim obtineant. Seraphim quippe aut incendens aut calefaciens interpretatur; calefacit autem hominem incendit qualiscumque virtus per quam Deus purgat nos a delictis nostris, et illuminat mentem nostram sapientiae suae supervenientibus radiis. *Et eloquium unum ex seraphim aiunt dixisse non circa Deum collocatorum, sed nobis praestantium purgativarum virtutum.* Ea ratione suum sensum affirmant, quod non dixit scriptura unam circa Deum virtutum purgasse prophetam, sed simpliciter igneam quandam praestantium nobis seraphim vocavit, quae mittitur mundare labia prophetae.

2. *Alter autem non nimis inconsequentem quandam praestitit mihi apologiam,* id est defensionem *super praesenti instantia,* hoc est super praesenti quaestione. Sed illud alium seu alterum qui sit, sub silentio reliquit. Apologia autem, et de- A. I 14. b.
fensio et satisfactio interpretari potest. *Ait enim quae propriam purgativam sacrificationem magnus ille qui tunc erat visionem formans angelus in docendum divina theologum in Deum et post Deum in praeoperatricem hierarchiam reponit.* Dicit, inquit, quia magnus ille angelus, qui formavit visionem in prophetico spiritu, et purgationem labiorum eius sacrificavit et docuit divina praecepta. Ad hoc enim theologus ipse videlicet Esaias purgat propriam actionem purgationis non sibi ipsi reposuit, id est deputavit, sed Deo qui omnium purgationum initium est, et in ipsa prima hierarchia, per quam Deus praeoperaretur, et in ceteris sequentibus caelestibus hierarchiis et humanis purgatoriam perficit virtutem. Quod ergo Deus per seraphim angelo fieri iussit, id est purgare prophetam, non ipsi angelo qui fecit, sed Deo et ipsi seraphim purgasse dicit prophetam. Quem sensum beatus Dionysius veluti suum sequitur et approbat.

3. Subnectit quippe: *et numquid igitur haec ratio verax est? Ait enim, qui hoc dixit,* id est qui hunc sensum protulit: *quomodo divina virtus in omnia veniens implet,* subaudis omnia, *et per omnia immensurabiliter pervenit, et omnibus iterum est invisibilis, non solum quasi ab omnibus superessentialiter remota, sed et quasi occulte, in omnia permittens providas suas operationes. Sed tamen et*

communibus intellectualibus superlucet, et propriam illuminationem ingerens, procesisimis essentiis, per eas quam primas in subnimitas sed bene ornatas distribuit secundum uniuscuiusque dispositionis contemplationem mensurationem. Laudat quippe et docet divinam virtutem in omnia venientem, et implentem omnia, et omnia inficere aut diffusione penetrantem dum sit omnibus invisibilis, quoniam superessentialis est et ab omnibus remota, occulte in omnia providas suas actiones permittens velut proprie transferens pervenire faciens. Et dum sit ab omnibus remota ineffabili quodammodo omnibus intellectualibus creaturis secundum uniuscuiusque proportionem hoc est capacitatem superlucet. Propriatatem suam illuminationem precisissimis, hoc est infra se constitutis, ee ipsam bene et ornate distribuit iuxta mensuratam uniuscuiusque ordinis contemplationem. Ubi posuimus superlucet, ibi in graeco est ὑπερφαίνεται, quod potest transferri *superlucet*, vel *superapparet*, vel *illucet*. Similiter ubi posuimus ingerens, ibi in graeco ἐγχειροῦσα, pro quo possumus dicere *ingerens* vel *porrigens* vel *commendans*.

4. *Quam ut apertius dicam, et per propria exempla eius deficientia, Deo ab omnibus remoto, verumtamen nobis manifestiora.* Ordo simul et sensus ut apertius dicam quam hoc est divinae virtutis in omnia distributionem et propria exempla eius deficientia, id est non omnino Deo similia, qui omnibus exemplis remotus est, nobis tamen ceteris exemplis manifestiora suadeam, tales proferam paradigmata. *Solaris radii distributiones in primam materiam bene distributae, implent omnium lucidiorem, et per eam manifestius proprios declarat splendores.* Solaris, inquit, radius qui per spatia mundi huius visibilis extenditur in primam materiam, id est

A 141 A in aethera, et superiorem proximum sibi aera bene distributus eique diffusus implet lucidiorem ceteris mundi partibus materiam, et aera videlicet ut praediximus, et cetera. Quas duas mundi partes prae nimia sui subtilitate, nulla corpulentia obstante, ineffabili celeritate et claritate solaris penetrat radius et implet, et per eam lucidiorem materiam et in eam manifestius ceteris proprios splendores declarat. *Accedens vero crassioribus materiis obscuriorem habet distributivam superapparitionem ex illuminandarum materiarum ad illuminationis distributivam habitum inopportunitate.* Dum idem radius crassioribus materiis inferioris plane huius aeris partisque exhalationibus aquaticis atque terrenis crassior spissiorque quam superiores mundi partes effectae, nec non ea quarum natura accedit obscuritas, superapparitionem sui distribuit. Neque hoc ex tenuitate materiarum quae illuminandae sunt ad distributivum habitum illuminationis. Sequitur *Et paulo post ex hoc sui perfectae fere indistributum coartatur.* Ac si diceret: non longe postmodum infra crassiores materias, id est crassissima terranaque corpora solida lucique additum non praestantia ut fere nihil sui luminis distribuat ipse radius coartatur, hoc est prohibetur.

5. *Iterum ignis caliditas magis se ipsam distribuit in capaciora et ad similitudinem suam bene convenientia et bene ducta. At vero reformationibus contrarias essentias ipse radium obscuro primitiae operationis vestigium manifestat.* Primum paradigma ex solari radio, secundum qualitatem et capacitatem materiarum visibilem mundum implente et illuminante assumitur. Secundum vero ex qualitate ignis, caliditate videlicet, quae plus primitusque capacia sui et similia sibi calefacit con-

trariis vero reformationibus, id est frigidissimas essentiae nullo modo refovent, ideoque omnia frigida veluti mortua atque deformia; calida vero, viva formosaque dicuntur, quoniam per caliditatem omnia materia corporalia formatur et reformatur a generali vita, quae omnia corpora administrat. Propterea dixit: ad essentias vero contrarias reformationibus suis, hoc est nimis aut frigiditate ad formationem suam incommodas, ipsa caliditas nullum vestigium ex occultate primativae suae operationis manifestat. Pulchre autem ait *absconsio primativae operationis*. Prima siquidem operatio ignis est calificare, quae occulte in omnibus corporibus agere perhibetur. invisibilis enim est caliditas. Qua autem ratione praeponitur actio calefaciendi actioni illuminandi, cum utraque ignis sint, facile occurrit, dum perspecte videmus calorem plus penetrare corpora quam lucem, dum quippe lucem excludunt, calorem excludere nequeunt. et si quis dixerit, lux penetrat glaciem, non autem calor, videat glaciem non vi luminis sed caloris solvi, quam si non intraret, neque quidem solveret. Potest etiam sic transferri: *ad vero contraria formatas contrarius essentias nullum absconditum aliquod ex prima operatione vestigium apparet.* Ut sit sensus: in contrariis essentiis quae contra naturam caloris formantur, nullum saltem obscurum vestigium primitivae operationis, id est calificationis, imprimit. Nix siquidem et glacies, prius desinere est, quam aliquod vestigium accipere caloris. Quid de salamandra dicemus in igne, saepe etiam frigiditate corporis extinguente dicendum? 2. L. II 2.

6. *Et hoc est amplius*, id est hoc amplius argumentum a praefato videlicet argumento amplius et apertius, *quia his quae non sunt cognita per opportuna sibi habentia admittitur primum*, hoc est, quia caliditas primum permittitur his corporibus quae non sunt cognita, idest connaturalia caliditati, per opportuna corpora habentia connaturalitatem sibi, hoc est ipsi caliditati. Potest etiam in eodem sensu sic interpretari: quia non connaturalibus per familiaris ad eam caliditatem pluris pertinentia admittitur primum, quod aperte subsequentibus docet exemplis: *utpote ignita faciens ab igneis facile mobilia*, hoc est calida faciens quae facile ab igneis qualitatibus moventur in calorem. *Et per haec autem, quae aut alterum quod facile ignescentium.* Verbi gratia solaris calor primo aerem sibi cognatum penetrat eique calificat facili operatione. Deinde per calefactum aera aquam frigidam aut alterum quippiam quod non facile potest calefieri, naturali convenientia calificat. Plana sunt quae sequuntur. *Iuxta hanc igitur naturalis ordinationis rationem*, id est iuxta *similitudinem lucis et caloris*, *supernaturalis ipsa omnis boni ornatus visibiles et invisibilis* taxiarchia, divina scilicet virtus, quae totius ordinis principium est, et princeps congrue dicendi lucidationis, id est proportionalis illuminationis, claritatem primo apparentem ab occultis videlicet suis, in quibus per se ipsam inaccessibilis est, erumpentem in rerum naturam *copiosissimis*, hoc est quantum in copiosissimis *effusionibus excelsissimis proximus plane manifestat essentiis*, *et per eas quae possunt essentiae divinae participant radium*. *Eas enim primae cognoscentes Deum et divinam superemienter desiderantes virtutem*, *et per operatrices fieri quantum possibile Deum simili virtute et actione dignae effectae sunt*, *et post se essentias ipsae ad similem virtutem*, *ut virtus*, hoc est quantum virtus unius cuiusque essentiae divini radii capax est, *deiformiter extendunt*, *copiose ipsis tradentes ex superveniente*

in eas claritate, et illae iterum, id est quae post excelsissimas essentias constitutae sunt, *subiectis sibi supervenientem tradunt claritatem,* et per singulas prima ei quae est post eam tradit. Verbi gratia prima hierarchia mediae, media tertiae, tertia quartae quae est in hominibus, divinas tribuit illuminationes.

a. 8. m. c. 7. Tertium sequitur paradigma. *Ipsa aqua nonne et in omnes proportionaliter pervenit?* Ac si diceret: nonne ipsa aqua quemadmodum et solaris radius et caliditas ignis proportionaliter in omnes pervenit materias? Hunc locum propter intelligentiae facilitatem ita transtulimus. Potest tamen plus expressius, quod est obstrusius interpretari in eodem perfecto sensu: aqua non quidem ergo et omnes proportionaliter pervenientes. Tamquam diceret: nonne quidem ergo aqua et in omnes materias distribuitur proportionaliter perveniens, hoc est conrationabiliter et similiter perveniens solari radio et caliditati? Humor siquidem radicitus occulte arboribus herbisque illabitur, deinceps gradatim in stipites, et thyrsos, ramos, folia, flores, fructus. *Est ergo simul cunctis illuminatis principium illuminandi.* Post paradigma ad propositum revertimur, hoc est ad explanationem divinae virtutis et illuminationis. Est, inquit, commune et universale cunctis illuminatis vel illuminandis, utrumque enim potest transferri ab eo quod est φωτιζομένοις principium illuminandi. Et quod est illud principium? *Deus quidem natura et vere et proprie et luminis essentia, et ipsius esse, et vitae causalis.* Deus enim solus natura Deus est, et solus vere et proprie Deus est. Ceteri enim qui dicuntur dii, aut falsi sunt ut dii gentium daemones, aut si veri sunt, non per naturam sed per gratiam dii
* Ps. LXXXI. 6. sunt, quibus per prophetam dicitur * ego dixi dii estis, et filii Excelsi omnes. Ut luminis essentia, et ipsius esse causalis; et in hoc loco pro *quia* ponitur causalis enuntiatione. Ac si diceret: Deus quia solus natura Deus est. Ex hoc cognoscitur illuminatis principium illuminandi esse, quia luminis essentia est. In ipso enim et omne lumen omneque illuminatum subsistit, quoniam et ipsius essentiae lux est, et ipsius est causa: omne siquidem quod est, non aliunde ei esse est, nisi ab eo qui superessentialis est, *et causalis ipsius videre.* Infinita loco nominum posuit, ubi pulchre datur intelligi, quod non aliud est, et ipsi Deo et omni rationali et intellectuali creaturae est, et aliud lux esse, et aliud videre, hoc est intelligere gnostica virtute. Id ipsum itaque ipsis est esse, et lucere, et videre. Esse enim ipsorum, hoc est et visio. Hoc deiforme et Deo simile permanet. Quod propter transfertur: *hoc deiforme et Deo similiter constituens.* Ipse videlicet qui causalis omnium est.

8. Et quid est illud? *Superposita ei post se unaquaeque divina lumina per se in illam transvehere,* hoc est causalis omnium constituit, ut superposita quaecumque essentia subsequenti se essentiae divinae lumina per se illam transvehat, vel supervehat. ἐποχετεύεσθαι enim et transvehere, et supervehere, et invehere potest interpretari. *Ergo excellentissimam caelestium animorum dispositionem simul omnium reliquarum essentiae secundum quod consequens est post Deum principium mirantur. Omnes sacrae et divinae scientiae et divinae imitationis, tamquam per illas in omnes et nos divina illuminatione distributa.* Ordo et sensus: Ergo mirantur vel arbitrantur, ἄγανται enim et mirantur et arbitrantur potest interpretari. Plus ta-
a. c. m. b. men convenit sensui in hoc loco mirantur, quia ad laudem pertinet. Ergo miran-

tur simul essentiae omnium reliquarum caelestium essentiarum dispositiones. Quid miratur? excellentissimam caelestium animorum dispositionem, secundum quod sequens est post Deum. Et quid de ea miratur? hoc est laudant quod est principium post Deum omnis sacrae et divinae scientiae, et divinae imitationis, tanquam per illas excellentissimae videlicet dispositionis essentias in omnes ceteras caelestes, et in nos homines qui humanam participamus essentiam divinam illuminatione distributa. Quoniam per illas divina illuminatio distribuitur, ac veluti post unum et primum omnium principium, Deum dico et proximum substitutae sunt. *Propter quod et omnem sacram et Deo similem operationem, in Deum quidem quasi causalem referunt,* subauditur angeli. *Deinde in primos* hoc est in primas *deiformes intellectus tanquam primos operatores divinorum luminum videlicet et magistros.* Ac si diceret: quoniam excellentissima caelestis dispositio immediate post Deum est, propterea inferiores virtutes omnem suam sacram Deoque similem operationem in se ipsas referunt, sed primo in Deum, et consequenter et in primos intellectus, qui primi operatores sunt et magistri divinorum, seu luminum vel subaudire, seu mysteriorum, seu arcanorum, ceterorumque similium.

9. Sequitur recapitulatio interpretationis nominum primae hierarchiae. *Non ergo prima sanctorum angelorum dispositio magis simul omnibus habet igneam proprietatem.* Ac si diceret: nonne quamvis omnes caelestes virtutes habeant proprietatem, hoc est purgativam operationem, magis tamen ceteris prima hierarchia? cuius primus ordo seraphim nominatur, id est incendentes vel calefacientes. *Et effusam divinae sapientiae traditionem, et mysticum excellentissimae divinarum illuminationum scientiae.* Subauditur magis omnibus habet prima dispositio, cuius ordo secundus cherubim dicitur, id est multitudo scientiae, sive effusio sapientiae. *Et sessivam proprietatem gestantem divinam susceptionem significantem.* Similiter subauditur: magis omnibus habet divinae sedis proprietatem, quae Deum gestat, divinamque receptionem significat prima hierarchia, cuius tertius ordo nominatur throni id est sedes. Omnes igitur caelestes virtutes igneam vim et effusionem sapientiae et mysteriorum scientiae, et divinae sessionis receptionem, magis tamen ceteris omnibus prima hierarchia.

10. *Ipsae vero suppositarum dispositiones essentiarum, igneae sapientiae scientiae Dei susceptoriae virtute participant quidem infra.* Ipsae, inquit, dispositio essentiarum mediae hierarchiae, quae suppositae sunt primae, participant quidem inferius igneam virtutem seraphim sapientem scientemque cherubim virtutem Dei susceptoriam virtutem thronorum. *Et ad primas aspicientes, et per eas primas, ut imitatione divinam praecoperative digne factae in deiformitate possibili reductae.* Hoc est ad primas essentias mediae convertuntur, et per eas primae merito dignefactae in similitudinem divinam praecoperatrices in deiformitatem possibilem reducuntur, id est sursum ducuntur secundae. Re enim saepissime pro sursum ponitur. De ultima autem caelestium hierarchia, deque humana subintelligendum relinquit. Ut A. f. et a.
enim secunda participat virtutem primae, ita tertia virtutem secundae, et quarta tertiae, ac si ignis et sapiens et sciens. Deique susceptoria * virtus primum a Deo in * cod. suscipientia.
primam, secundo per primam in secundam tertio per secundam in tertiam, quarto per tertiam in quartam descendit hierarchiam, gradatim quidem, non tamen aequa-

liter et iterum quartae per tertiam, tertia per secundam, secundam per primam: prima per ipsum Deum in praefatas reducitur virtutes. *Dictas ergo sanctas proprietates, quarum participatio per primas, post eas subsistentes fiunt ipsis illis post Deum tanquam hierarchas reponunt*. Praedictas ergo, inquit, sanctas proprietates, proprium enim angelici ordinis qui ultimus est, purgationes prophetarum caeteraque operationum, quae divina bonitate largiente in humana peraguntur natura: quarum proprietatum per primas essentias subsistentis post eas fiunt participatio reponunt, id est refertur ipsis illis hierarchiis tanquam post Deum, hoc est quoniam post Deum sunt. Quod breviter possumus colligere. Angelicus ordo sanctas proprias operationes non in se ipsum, sed in ipsas hierarchias, quae post Deum sunt, quoniam ab ipsis accepit, refert. Pulchre autem dicit quarum participatione subsistentes fiunt, quoniam omnis caelestis essentiae proprietatum earum, et fit et dicitur participatio. Potest tamen facilius interpretari: *dictas ergo sanctas proprietates, in quarum participatione per primas postea subsistentes*. Quoniam enim in graeco est ἐν μετουσίᾳ, quarum participatio, et in quarum participatione potest intelligi. Μετουσία quippe et nominativus casus accipitur, et dativus pro ablativo positus.

11. *Ait ergo haec dicens*, vel sicut proprie interpretatur. Dixit ergo qui hoc ait, hoc est qui hunc sensum protulit de purgatione prophetae a seraphim, visionem *ab illa*, divina scilicet virtute, *susceptam fuisse theologo per unum imperantium nobis sanctorum et beatorum angelorum, et ante illuminativam ipsius angeli manuductionem, qua duxit theologum in illam sanctam visionis plane contemplationem reponisse*, hoc est retulisse in ipsum videlicet seraphim, a quo et per quod visus est purgare prophetam. *Et sedere videt excelsissimas essentias*, id est supercaelestissimas essentias, *quantum in symbolis dicendum*, hoc est quantum per symbola dici potest quod ineffabile est, *post Deum et circa Deum collocatas* superprincipalem summitatem superessentialem videlicet bonitatem in medio superfirmatarum virtutum supercollocatam. Breviter commemorat visionem prophetae, quae sic in hebraea veritate scripta est. Septuaginta enim prae manibus non habemus quos sequitur Dionysius. " Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et ele-
" vatum, et ea quae sub ipso erant implebant templum. Seraphim stabant super
" illud: sex alae uni, et sex alae alteri: duabus velabant faciem eius, et duabus
" velabant et clamabant alter ad alterum, et dicebant: sanctus sanctus sanctus do-
" minus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Et commota sunt su-
" perliminaria cardinum a voce clamantis, et domus impleta est fumo thymiamatum.
" Et dixi: vae mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, et in medio po-
" puli polluta labia habentis ego habito, et regem Dominum exercituum vidi oculis
A. I. 6 b. " meis. Et volavit ad me unus de seraphim, et in manu eius calculus quem for-
" cipe tulerat de altari, et tetigit os meum, et dixit: ecce tetigi hoc labia tua, et
" auferetur iniquitas tua ".

12. *Didicit ergo visionibus ipse theologus, quia iuxta omnem superessentialem supereminentiam incomparabiliter supercollocatum est divinum simul omni visibili invisibilique virtute*. Didicit, inquit, Esaias visionibus suis, quia solus Deus superessentialis est, et supereminens et incomparabiliter supra collocatus omni visibili invisibilique virtute. Potest etiam interpretari: incomparabiliter supercolloca-

tum est divinum omni visibili invisibilique virtute. Divinum autem dixit ipsum Deum usitatissimo Graecorum more: ipsi enim dicunt Θεὸς et Θεῖον, hoc est Deus et divinum. Atqui, vel et quidem, a superioribus subauditur, *dicit quia omnium est remotissimorum* vel excelsissimorum supereminens, subaudi ut *universale*, subaudi divinum; *neque primis eorum quae sunt essentiis simile.* Quae enim essentia superessentiali similis esse potest? *Adhuc et omnium ipsum divinum* videlicet *principium et causam substantificam esse didicit, et eorum quae sunt secreta singularitate immutabile fundamentum. Ex quo divino plane et esse et bene esse etiam ipsis summe munitis est virtutibus.* Quod ergo propheta vidit Dominum sedere super excelsissimas essentias, remotum ab omnibus ipsius superessentialitatem et quod universaliter omnium excelsissimorum, et ab omni intellectu remotissimorum remotissimus est et quod neque primis essentiis similis est: omnis siquidem similitudine relinquitur Quamvis ut de eo dicatur aliquid, ex creatura similitudines ei adhibeantur, significat. Quod autem principium sit omnium et causa substantifica, secretumque et immutabile et singulare fundamentum per cardines templi, circa quos omnia quae moventur volvuntur, dum in se ipsis immutabiles permaneant, mystice figuratur.

13 *Deinde eadem sanctissimorum seraphim edoctus est deiformes virtutes, sacra quidem ipsorum cognominatione, quod est ignitum, de quo paulo post dicemus quantum possibile, subintroducere in deiforme ignitae virtutis anagogas.* Ipsorum, inquit, cognominatione, utraque enim seraphim nominantur, quae est ignitum, de quo ignito paululum posterius, quantum nobis possibile est, subintroducere nos dicemus. Edoctus est propheta anagogas, hoc est ascensiones eorum seraphim in deiforme ignitae virtutis. Intellectu quippe nominationis eruditus est in ascensionibus eorum in deiformem ignitam virtutem. Ignea siquidem virtus Deo similis est, quantum sensibilibus creaturis similitudo eius imprimitur. Hinc et ipse ait: ego sum ignis consumens. *Alarum vero expansa sacra formatione in divinam in primis medias in ultimas intellectibus absolutam et altissimam extensionem,* contemplatione videlicet in Deum in primis in mediis in ultimis intellectibus. Unaquaeque enim caelestis essentia ut in superioribus tractatum est, primas et medias et ultimas virtutes habet. Alae itaque expansae altitudinem intelligentiae symbolizant. *Sed et eorum multificum et multiforme videns intellectualis theologus, in alis distinguit eam subtus pedes, et eam subtus facies visionem, et eam in mediis alis semper motum,* hac triformi alarum distinctione ab ipsa plane visione reductus est propheta, id est sursum ductus in eorum quae visa sunt cognitionem, manifestata est prophetae altissimorum intellectuum multiplex in visionibus et in visionibus suis multiplex virtus. A. I 10. 2.

14. Quid autem tripertita alarum distinctio subinsinuat, consequenter adiungit dicens *ut eorum sacra formidine qua habent supermundane in altiorum et graviorum superbiam et audacem et impossibilem scrutationem.* A superioribus subauditur et edoctus est, id est propheta eorum exemplum, sed formidine, hoc est pio castoque timore, quem formidet habent Supra hunc sensibilem mundum in superba et audaci et impossibili scrutatione altiorum seu divinorum arcanorum, quem per duas alas facies velantes innuit, et superba et audaci et impossibili scrutatione

graciorum seu profundorum seu videlicet divinorum mysteriorum, quod per duas alas pedes tegentes significatur. Ubi autem posuimus superbam, ibi in graeco est αὐθάδη, pro quo possumus dicere superbam vel promptam vel voluntariam vel liberam vel se ipsam promittentem. *Et incommensuratione Deum imitantium actionum incessabile et altivolum semper motionis.* Hic itaque subauditur effectus est, et est sensus: per duas alas quibus supervolabant, intellexit propheta incessabilem et altivolum semper motum in mensura qua Deum semper imitantur. Facies itaque Domini est sedentis super solium, hoc est super excelsissimas caelestes essentias superessentialis ipsius altitudo, qua super omnia et ab omnibus remotus cognoscitur, quam seraphim ceteraeque caelestes virtutes aspicere trepidant, ne forte veluti superbo et audaci et impossibili contuitu incaute de ea aliquid scrutentur: inscrutabilia enim sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius in omni tempore. Quam videlicet divinae altitudinis faciem territi seraphim duabus suis alis obtegunt, timentes eam intueri. Pedes autem sedentis super thronum sunt profundissima ipsius universalis creaturae quam condidit vestigia: quae duabus alis contegunt caelestes virtutes timentes scrutari, quomodo Dominus cum sit super omnia diffunditur in omnia et ubique est, sine quo nihil esse potest, quoniam eorum quae sunt, essentia et substantia ipse est, cum sit superessentialis et supersubstantialis. Duabus tamen alis semper volitant aeternae suae actionis commensurabili motu, quoniam in eum semper inspicere concupiscunt et reverentur eum, quaerunt ne in eius contemplatione ullos incurrant errores, quibus ab ineffabilis et incomprehensibilis claritatis eius contuitu digni videantur excludi. Senarum autem alarum earum di-
A. f. 56. b. stinctio in has binas tres divisiones multiplex interpretatio est. Nam quod senae sunt, et naturae angelicae intelligibiliumque ipsius motuum perfectionem insinuantes significant. Binae vero alae aut caritatis biformem rationem, quae Deum eiusque et omnia quae facta sunt, quoniam ab eo facta sunt diligunt [illegible], aut actionem et contemplationem suam, aut geminam theologiae partem, quarum una est affirmativa, altera negativa: una Deum indicat praedicando de eo omnia quae sunt, altera eum negando eum esse quid eorum quae sunt et quae dici possunt: ambae tamen verae sunt, atque ipsum glorificant, quamvis videantur contradictoriae.

15 *Sed et illam divinam et multum pretiosam ὑμνῳδίαν eruditus est formante visionem angelo secundum visionem ipsi theologo, et tradente proprium sacrum scientiam.* Ὑμνῳδίαν dicit, sanctus sanctus sanctus dominus Deus exercituum: in quo hymno summa bonitas in tribus substantiis laudatur: est enim una essentia in tribus substantiis. Ὑμνῳδία autem compositum nomen est ab ὕμνῳ et ᾠδῇ, hoc est a laude et cantu; ὑμνῳδία enim est laus cum cantu: de qua laude eruditus est theologus dum format angelus visionem, et secundum virtutem ipsius theologi laudis mysterium tradit. *Docuit ergo eum et hoc,* idem de eo quod sequitur, *quia purgatio est quantumcunque purgatis ipsa divinae claritatis incognitae quantum possibile participatio.* Est igitur purgatio omnium qui spiritualiter purgantur, quoquomodo purgantur, participatio divinae claritatis incognitae, hoc est divinae intelligentiae quae superat omnem intellectum, quantum possibile est rationabili et intellectuali creaturae eam participare. *Haec autem ex ipsius divinitatis remotis causis, in qua omnes sacros intellectus superessentialiter occultatione perficiens,*

altissimis circa se virtutibus manifestatur quomodo est, et magis semetipsam manifestat et distribuit. Sed unde se manifestat et manifestatorem se facit dum ipsa ab occultis suis irrumpit, ex ipsius plane divinitatis remotis cunctis omnibus incognitis. In qua occultatione divinitatis omnes sanctos intellectus invisibiliter ipsa claritas perficit. In hac sententia pulchre datur intelligi, non aliam claritatem divinae, nisi Verbum Deum, videlicet filium, qui in secretissimis sui patris sinibus omnes sanctos perficit intellectus in principalibus suis causis, et veluti ex luce divinitatis inaccessibili nostri claritatis radii procedit, primique seipsum proximis sibi virtutibus manifestatorem facit, et quomodo est, id est, quomodo manifestatio ipsius potest fieri, magis ad ipsum qui cetera manifestat et distribuit? Et haec est ipsa purgatio et illuminatio et perfectio, ipsius videlicet participatio. Potest et sic interpretari: haec autem ex ipsius divinitatis remotis suis, cuius omnes sacros intellectus supersubstantialiter perficit. In nullo tamen distat sensus.

16 *Deinde ex secundis, aut novissimis, aut omnis intellectualibus virtutibus, quantum ab ipsa unumquemque secundum deiforme exstitit, ac manifestam suam illuminationem conducit ad proprias occultationis laudandum ignotum.* Postquam, inquit, divina claritas ex secretis suis erumpit, ac primo omnium excelsissimis sibique proximis primae hierarchiae ordinibus manifestatorem se aperit, consequenter sic manifestam suam illuminationem, hoc in manifestam suam illuminationem conducit, vel ut apertius transferatur congregat. Unde congregat? Ex secundis aut novissimis, hoc est, ex secundae aut tertiae caelestis hierarchiae ordinibus aut ex nostris intellectualibus virtutibus, ex humana videlicet hierarchia, quantum exstitit, hoc est, quantum substituta est ab ipsa divina claritate unaquaeque virtus vel hierarchia sic deiforme, id est sancta divinaeque similitudinem. Ad quid congregat? ad proprias plane occultationis laudandam ignotum, id est, ut secretissima omnibusque ignota ipsius laudent mysteria. *Lucet autem*, ipsa divina claritas per angelos generaliter. Sed quo modo, quo ordine? *secundo*, inquit, *per primos*. Et si oportet breviter dicere, primo ex occulto secreto videlicet suo ad manifestum ducitur per primas virtutes, subinde eadem reliquis secundis; per secundas vero tertiis, per tertias quartis in manifestum ducitur. *Hoc ergo theologus docens ex ipso docente cum angelo*. Ac si diceret: ex angelo qui eum in lucem intelligentiae visionis introduxit, hoc est purgationem et omnes divinas operationes, per primas essentias relucentes in omnes reliquas distribui secundum unicuiusque ad divinas participationes analogiam: explanationis non indiget.

17 *Propter quod igneam purgationis proprietatem ipsa seraphim in sequentes post eum reposuit.* Quoniam inquit per primas virtutes omnis divina operatio reliquis distribuit, propterea ipse angelus purgatorem prophetae, quem instar ignis ipsi proprie peregit, ipsa seraphim post *Deum retulit*, quoniam a Deo per seraphim missus est angelus purgare prophetam. *Nihil ergo inordinatum purgare theologum dicitur seraphim, sicut eum Deus purgat omnes, quorum ipsius purgationis est causa.* Deinde exemplum introducit. *Magis autem*, subauditur deinde, *proxime nos utemur exemplo*, hoc est proximo causae de qua agitur utemur exemplo. *Sicut secundum nos summus sacerdos per suos ministros aut sacerdotes purgans aut illuminans, ipse dicitur purgare et illuminare, per ipsum purgatis ordinibus, per se in seipsum reponentibus proprias sacras operationes*: hoc est, dum purgat ordines per ipsum

eumdem sacerdotem per se in ipsum proprias suarum operationes refertur, quum ipse fecerit quod ipsi faciunt. *Sic et proprium purgationis scientiam et virtutem*, ipsi purgationem theologi *perficiens angelus in Deum* quidem velut causalem, *deinde in ipsum seraphim tanquam primo agentium summum sacerdotem reponit*. Similitudo sequitur. *Velut fortassis quis diceret eum angelum reverentia purgatum edoceat*, hoc est, ita loquitur angelus ad prophetam tanquam si quis angelus reverentia dignus purgatum aliquem doceret quomodo quo ordine purgatus est: *Quae in te, o purgate, a me qui te purgo perficiuntur purgationis*.

18. *Principium quidem est excelsum, ad quod proprie transfertur remotissimum et*
a 4 et 5. *essentia et creator, et causalis, primaque unumitas ad esse obducunt, ut circa se collocatissimi similiter et observantes incommutabiles et casu carentes, ut amplius accepta primo propriorum providarum operationum participationis. Hoc enim haec nos docens ait ipsum seraphim manifestare ministrum.* Hoc utique exemplum velut loquentis ad purgatum prophetam de causa et ordine purgationis suae. Qui me docuit haec de purgatione prophetae, minorem ipsum Seraphim manifestare est. Ac si diceret: Non ego Dionysius hanc similitudinem intendam, sed ille qui me docuit, quid ipsius seraphim significet. Et nunc quasi ad verba loquentis angeli ad prophetam revertitur. *Summus autem sacerdos et post Deum dux ipse praestantium essentiarum ordine, a quo ego purgare disferenter erudituri sum.* Ordinem seraphim atque ornatum velut unum summum sacerdotum et Deum ducem nominat, non etiam ob unusum, et opinor, nisi quoniam unitus est unificatum ornamentum, et quod unum egit, omnia unanimiter agens intelliguntur. Ipse igitur est summus sacerdos videlicet seraphim ornatus, qui me, o Esaia, te purgans, perque proprios providus alludens ex occulto etiam in nos qui angeli sumus, producit ipsa totius causa et opifex purgationis, id est, omnium intelligibilium et intelligibilium virtutum. Finis solutae quaestionis. *Haec ille mihi est docuit me*, quid de hoc quaestione dixi, ille quidem docuit me. Quis autem ille, ignoramus, arguere tamen tamen est ipsum Paulum apostolum, cuius erat discipulus, aut Hierotheum, quem in libro de divinis nominibus magnis laudibus extulit. Quisquis autem fuerit, qui tantum virum edocuit, eximium fuisse non dubitavimus.

19. Sequitur: *Tibi autem, o Timothee, ego trado quae ab illo dicta. Tu autem eminentem intellectuali et discretiva scientia, aut alteram pariter dictarum unionem absolves dubitationum, ut medius honorare ante alteram tanquam consequens et rationabilis et aeque verum habentem*. Quoniam, inquit, praesentem quaestionem duobus modis te scire posse dixi meo, cur enim purgans prophetam angelus seraphim nomine propterea vocatus est, quoniam illud nomen cum hoc coelestibus virtutibus commune, inest etiam omnibus communiter quae non aequaliter ignea purgativa vis, quam seraphim significare ipsa nominis interpretatio manifestat. Ita quippe quidem praesentem quaestionem solvere conatus. At quod mihi probabilius videtur, quia dualis alteram intellectum proprium appellat suum propriusque violatus alienis angelis ubique praecedentibus nullo modo convenire diceret. Propterea angelus, qui purgavit prophetam, ampliato vocabulo nominatus est a theologo, quoniam ipse suam propriam operationem, qua purgavit prophetam, suae labe mystice integri scluole, non in se ipsum retulit, sed in ipsum Deum, qui totius purgationis causa est et principium, et ipsum quasi um-

mam sacerdotem semplum, per quem visus est propheticis labia mundare, concesserim ego tua intellectuali et discretiva scientia aut alteram partem dictarum causarum, id est alteram duarum praedictarum solutionum ab omni dubitatione absolvi, utraque inconcusse roborari, et eandem absolutionem videlicet, quae tua intellectuali scientia et absolverit et roboraverit honorare. Aut alteram, et utram aut propius verius, aut in comparatione alterius perspicuas, tamquam quid aequum et rationabile et aequum hoc est recte verum habuerit. Aut si alterutra aliarum tibi non sufficit a te ipso quaerere, veri vicinius invenire concesserim, aut ab altero cuius intelligentia et meam et tuam superet retentionem, discere. Deo videlicet dante sive tibi sive alteri, a quo discere volueris, ut primo recipientibus angelis, ab ipso videlicet Deo, qui omnium contemplationum hoc est et causa et effectus, et angelorum amicis, summis videlicet hominibus, per quos mysteria, quae a Deo recipiunt, angeli inferioribus se aperiuntur, nobis revelare subauditur concesserim, per eius, Dei videlicet, magis amabilem in contemplationem, hoc est, per contemplationem praesentis quaestionis, quae ita magis ceteris amabilis est. A. 2. 10. b.

CAPITULUM QUARTUM DECIMUM.

Cui titulus est: Quid significat traditus angelicus numerus

1. *Et hoc autem dignum, ut existimo, intellectuali cognitione, quia eloquiorum de angelis traditio milies mille esse ait, et decies milies dena millia, secundum eos altissimos numerorum in se ipsos recurrens et multiplicans.* Dignum est, inquit, intellectuali cognitione, id est intellectualem rerum scientiam quid de angelicis numeris divina tradit scriptura. Ipsa siquidem traditio maximos numerorum terminos secundum eos in se ipsam revolvit, et in se ipsum multiplicat. Non enim ipsa traditio infinitas numerositatis angelorum terminos in his numeris comprehendit, neque definit. Perspiciens vero nostrae miseriae adhuc mortali habitacula conversationis infirmitatem, ut ab illis denariis numeris, eosque per se ipsos multiplicatos, hoc est milies mille, quadraque iterum decies in millibus decem, quia ab eo nascuntur, per ipsum multiplicati quantitatem, hoc est decem milia decies milies unum possit concludere. Quoniam infinitatem altiorum numerorum neque valet perspicere nec nominare. Tanta enim vis numerorum est, ut doctus infinitos existimetur. Per hos enim humanae cognitioni comprehensibiles et nominabiles numeros infinitam caelestium multitudinem voluit significare. Usus siquidem frequentissimus divini eloquii est per finita infinita innuere. Hoc autem scriptum est in Danihele propheta, ubi ait: «Aspiciebam, donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit; vestimentum eius quasi nix candidum, et capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flammae ignis, rotae eius ignis accensus. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius, milia milium ministrabant ei, et decies milies centena milia assistebant ei.» Ita beatus Hieronymus transtulit. Sanctus autem Dionysius antiquam secutus est interpretationem.

2 *Et per hos numeros aperte significans ipsa traditio innumerabiles caelestium essentiarum ordinationes. Multae enim sunt beatae militiae supramundalium intellectuum infirmam et coarctatam superantes materialium secundum nos numerorum commensurationem.* Hoc autem dicit, non quod ipsi numeri dum sint usibus et in sola ratione subsistunt materiales fuerint, sed quod a nobis, qui adhuc materiales et mortales sumus, intra nosmetipsos ut cogitemus et numeremus, propterea materiales dicuntur. Vel certe ideo materiales numeri dicuntur, quia vel vix aut nunquam sine materialium rerum imaginationibus in animo tractantur, et a sola gnostica diffusi, hoc est diffinitae sunt beatae militiae caelestium intellectuum a sola gnostica, ipsa videlicet sapientia, quae eas et fecit et cohibuit. Divina autem sapientia ideo dicitur gnostica, id est cognitiva, quia omnia, quae per ipsam et in ipsa facta sunt, sola intelligit et circumscribit. *Secundum ipsam supermundanam et caelestem intelligentiam et scientiam divinam* ..., *supermundanam et caelestem intelligentiam et scientiam quae copiosissime ... donata est.* Ita enim diffinitur, quemadmodum caelestis intelligentia et scientia eis ... est. Substantia siquidem eorum et numerus intelligentia est et scientia. Hinc per psalmistam dicitur: « Qui fecit caelos intellectu », hoc est, fecit eos intellectus Sanctus divino, id est ob integritate divina, multae scientiae sapientificae, quae eos sapientes fecit. Et unus est illa multa scientia sapientifica? nullus, nisi trinitas principia et causa substantifica et continentis virtute consummatrixque, et quae caelestis intelligentia et scientia copiosissime supermundalibus intellectibus donata est.

CAPITULUM QUINTUM DECIMUM

Cuius titulus est: Quae sint formativae angelicarum virtutum imagines, et quae deinde, hoc est et reliqua.

1 *Fer quod restat, remittentes nostrum si videtur intellectualem oculum non sublimes contemplationes angelicae vigore ad divisam et multipartitam latitudinem multiformis angelicarum specificationum varietatis, descendentes iterum in ipsis tanquam in consequentibus in simplicitatem caelestium numerorum analytice reflexae. Sibi ipsi* supponit vel Timotheo, cui haec scripsit: fer quod restat, hoc est, fare quod praesentis operis est residuum. Remittens, velut proprie transfertur, requiescere facientes nostrum si tibi videtur, Timothee, intellectualem oculum ab angelico vigore, ab angelica pura theoria, quae hactenus circa sublimes caelestium essentiarum contemplationes acumen exercuit. Nunc autem vel requiescere volentes ad divisam et multipartitam latitudinem, hoc est multiplicem rerum visibilium superficiem multiformis varietatis angelicarum formationum. Ea siquidem de quibus iam tractavimus, id est mentis oculo supra omnes quum dividi et multiplicari potest. Super omnium rerum visibilium multitudinem et imaginationum contemplari sapientes possunt. Ea vero atque intellectualem oculum reflectere volumus latitudinem id est superficiem in apparitionum angelicarum formarum ostendunt, quae superficies divisa est et multipliciter partita, in quibus

tamen acies mentis veluti a. .. cognitis et familiaribus requiescere videtur, ac veluti reminisci, qui in caelestibus commixta, in corporalibus laborat. Hoc autem facimus, descendentes iterum, hoc est, dum post sublimium rerum contemplationem iterum descendimus in ipsis angulis videlicet mysticis informationibus, tanquam in consequentibus, hoc est suo contrarietatibus longeque dissimilibus divinorum intellectuum altitudini et uniformitati. Refluxit tamen theoriam virtute analytica, hoc est per analyticam in simplicitatem caelestium animorum. Ἀνάλυσις enim est disciplina, quae visibilium imaginum interpretationem in invisibilem intellectuum uniformitatem resolvit, omni forma carentem. Ut enim συμβολικῶς visibilium rerum imaginibus sive discretis et convenientibus, sive confusis et inconvenientibus divinos indicat intellectus, ita eosdem analytice omni corporea similitudine conformationeque nudat.

2. *Unum autem est tale praecognitum, quomodo nostrae formatarum imaginum resolutionem, easdem aliquando caelestium essentiarum dispositiones sanctificantes significant, et iterum sanctificatas et novissime sanctificantes sanctificatasque primas et easdem, ut dictum est, primas et medias et ultimas habentes virtutes, nulla inordinata ratione introducta, secundum huiusmodi relationum modum.* Prae cetera sequi, ut tibi hoc unum ante cognitum, ut intelligas quomodo sanctarum imaginum, quibus caelestes intellectus figurantur, resolutione, hoc est interpretatione, vel sicut proprie de graeco translatur repurgationes vel discretiones seu reductiones significant eosdem ordines, quos vocat dispositiones caelestium essentiarum sanctificantes, hoc est, in inferiores ordinantes, et iterum sanctificantes, a superioribus videlicet ordinatos: ut et unus idemque ordo sanctificans sit in inferiores, et superiori ... sanctificatus; et quomodo significent eosdem solutiones novissimos ordines caelestium essentiarum sanctificantes. Primos vero, qui sunt in prima hierarchia, sanctificatos. Verbi gratia, unus ex novissimo ordine sanctificavit Esaiam prophetam: seraphim vero, qui purgatio prophetae deputatur, ob ipso sanctificationum omnium principio et causa, Deo scilicet, sanctificari dubium non est. Media autem ordines et a praecedentibus sanctificari et sequentes sanctificare, theologica declarat ratio. Et eosdem, ut dictum est, dispositiones significant habentes, hoc est habere primas et ultimas et medias virtutes. Quod dupliciter intelligi potest. Aut enim universaliter de tribus caelestibus hierarchiis dictum est, ut prima primas, media medias, ultima ultimas possideat virtutes, aut certe de singulis singularum hierarchiarum ordinibus, deque ipsorum ordinum singulis intellectibus, in quibus tripartita virtus intelligitur. Quae iterum trifariam discernitur. Siquidem unusquisque divinus ordo et animus habet essentiam et virtutem et operationem. Habet etiam virtutem sanctificandi, sed a superioribus veluti primam, habet virtutem sanctificationis suae, qua sanctus est, veluti secundam, habet virtutem sanctificare sequentes se, veluti tertiam. Aliud quippe est sanctificari, aliud sanctificationem habere, aliud sanctificare. Nulla inordinata ratione introducta, id est, nulla ratio confusionis aut ambiguitatis introducitur secundum modum huiusmodi reserationum solutionum plane et interpretationum divinarum imaginum. A. 2. 15 b.

3. *Siquidem enim sanctificari quasdam a prioribus diceremus, deinde earundem sanctificantes priores, iterum sanctificantes ultimorum sanctificari ab ipsis illis sanctificatas, vere in ordinatione res et confusione multa interposita undique fieret. An ni diceret: Si*

7

talibus verbis utemur in exemplificationibus sanctarum figurarum: prae nimia enim confusione et inordinata constructione res, de qua agitur, involvitur et confuse implicatur, vel potius perturbatur. Quid enim prodest, si quis dixerit, sanctificari quosdam a prioribus et, quam sunt illi priores, nequaquam discernat? et si dixerit eosdem sanctificantes priores, et de quibus hoc dicat omnino taceat? Et iterum si dixerit sanctificantes aliorum sanctificari, non demonstrans quae dispositiones aliorum sanctificant, et a quibus sanctificatis ipsae ultimae sanctificantur? *Si vero easdem et sanctificare et sanctificari dicimus, nequaquam autem earumdem, aut ab eisdem, sed singulas sanctificari quidem a prioribus, sanctificare autem novissimas, non inconsequenter fortassis quis dixerit, in aliquas sacrefictas formas eas aliquando posse et primis et ultimis et mediis virtutibus pulchre et vere circumdare.* Si, inquit, dicemus easdem caelestes dispositiones et sanctificare et sanctificari, nequaquam autem, vel sicut prope transfertur, nondum autem earumdem sanctificatrices dicimus, aut ab eisdem sanctificatas, quoniam gignit amphiboliam, sed eas singulas dicimus sanctificari quidem a prioribus, omnis enim nisi a praecedenti se sanctificari potest, sanctificare autem novissimas: unaquaeque quippe sanctificatarum a prioribus sanctificare novissimas ordo rerum exigit. Si ergo sic dicimus, non incongrue fortassis quicumque dixerit sacrefictas formas in Scripturis ac posse pulchre et vere circumdare eas et primis et ultimis et mediis virtutibus: hoc est easdem formas aliquando primis, aliquando ultimis, aliquando mediis virtutibus convenire posse astruere. Saepe enim una eademque forma iuxta convenientem Scripturae locum primam et ultimam et mediam uniuscuiusque divini animi potest figurare virtutem. Illarum autem trium virtutum multiplex interpretatio est, quarum una et probabilissima sequitur.

4. *Et converti igitur convertibiliter extendi, et erga semetipsas firmiter convolvi propriarum existentes custoditivas virtutum, et ergo secunda sociabili processione providas eas in participatione virtutis esse, omnibus non falso coadunabit caelestibus essentiis, etsi aliis quidem superpositaliter et universaliter, ut saepe diximus est, aliis vero particulariter et subiectis.* Ordo et intellectus verborum: Et adunabit, qui sic dixit posse circumdare easdem formas et primas et ultimas et medias virtutibus, et non falso coadunabit omnibus caelestibus essentiis. Quid est adunabit eorsum plane extendi convertibiliter? Ad Deum quippe communiter omnes caelestes essentiae et convertuntur et extenduntur. Siquidem a Deo conversio illarum est pulchra et vera formatio, et haec est earum prima virtus, et coadunabit omnibus caelestibus essentiis erga semetipsas firmiter convolvi existentes custoditivas propriarum virtutum: hoc est, dum et suas virtutes custodiunt. Omnes siquidem suas virtutes custodiunt, ne aut penitus pereant aut alio modo minuantur, aut flectantur, et circa eas convolvuntur ut locum flectendi nullum inveniant, et ut semper in eodem incommutabili suo statu persistant. Et haec est media earum virtus. Et coadunabit omnibus caelestibus essentiis providas esse erga sequentia, vel secunda. Utrumque enim a Graeco, quod est [illegible], potest transferri sociabili processione: per sociabilem processionem qua sequentibus se, hoc est inferioribus, et per se sequentes communi dilectione intendit [illegible] sui consortium. Et haec fortassis est ultima illarum virtus, quae est in participatione virtutis. Coadunabit omnibus caelestibus, generale enim sibi est in participatione

divinas virtutes esse, ut et alias supereminenter et universaliter, alias particulariter et subdite. Has itaque communes omnium caelestium essentiarum in participatione divinae virtutis, quas omnes quamvis non inaequaliter appetunt, effictas et omnes formas vel imagines vel figuras vel quaecumque alio nomine vocari possunt, omnibus significandis communes esse. Significant enim illarum triformem virtutem, conversionem quidem ad Deum, et propriarum virtutum custodiam, et ergo subsequentes se socialem providentiam.

5. *Inquirendum* enim rationi, ut quemadmodum in *prima formarum resolutione*, hoc est reseratione prophetiarum figurationum, ob quam causam *theologia fere ubicumque invenitur*, *honorans ignitam sacram descriptionem*, hoc est, qua de causa theologia prae ceteris imaginationibus ignium sanctam conformationem honorat. *Invenies ergo*, non solum rotas igneas *conformantem*, hoc est, invenies ergo conformantem theologiam non solum esse rotas igneas, *sed et animalia ignita*, et *viros quasi ignem fulgurantes*, et circa eas caelestes essentias *carbonum ignis circumpositos*, inducit invenies theologiam et *flumina innumerabili sonitu*, vel quasi proprie translatum, fluvii igne *flagrantes*, *sed et Thronos ait theologia igneos esse*, *et ipsos excelsissimos seraphim confitetur ardentes*, *ex cognominatione significans*. Hoc est, ut ait theologia ipsos excelsissimos seraphim nomine significare ardentes esse. Seraphim quippe incendentes vel ardentes sunt. Potest et sic intelligi: significans, hoc est significabat, indicativum pro praeterito imperfecto posuit, quod et graecis et latinis usitatum est. Et significabat itaque theologia ex nomine ipsorum seraphim ardentes esse. *Et ignis proprietatem et operationem ipsam amplius plurimum distribuit*, et omnino sursum deorsumque, hoc est in superioribus et inferioribus caelestibus essentiis *ignitam honorat selectam formarum facturam*. *Ergo igneum significare aestimo caelestium naturarum deiformissimum*. Existimo, inquit, quod caelestium essentiarum ignea conformatio nil aliud significat praeter deiformem, quam eis inest, formam quam nusquam in Scripturis sanctis per ignem significari solet. Quod subsequentes adiungit: *Ipsi enim sancti theologi superessentialem et informem essentiam in igne saepe describunt, tamquam habente multas divinae, ut fas dicere, proprietatis quantum visibilibus, imagines*. Nulla quippe visibilis est creatura, in qua tantum divinae imagines exprimantur quantum in igne. Locu virtutum sensibilis ignis.

6. Sequitur: *Ignis enim sensibilis est quidem*, sic dicendum. Ordo verborum. Dicendum quidem sic: *Est ignis sensibilis in omnibus et omnia clare venit, et remotus omnibus, et lucidus est simul et quasi occultus incognitus*. Ipse per se ipsum non accumbente materia, hoc est, dum non habet materiam, in quo propriam manifestat actionem, *incognitus*. Propria quippe ignis actio est et urere et lucere in aliqua materia est, siquidem sine aliqua materia in innumerabilis incomprehensibilis et invisibilis *per se ipsum*, patens simul omnium, hoc est patens simul in omnibus et quaecumque in eo sunt. *Ibat ad actionem propriam*, hoc est, ad propriam actionem illius peregrinationem ut calefaciat vivificet et illuminetur. Ut enim omnia omnino calore carentia veluti mortua sunt, ita absente luce defunctae. *Mobilis*, est enim ignis mobilium, quam per eum omnia moventur corpora, et ipse quo nullum movetur. *Tradens se ipsum omnibus quoquomodo appropinquantibus*, hoc est, infundit se ipsum omnibus sibi

communicabilibus. *Renovativum naturae custodia*, per ipsum siquidem renovantur omnia sensibilia, et totius naturae sensibilis custodia est, moritur enim absente eo. *Illuminans autem circumvelatis splendoribus*, hoc est, illuminant circumvelata suis splendoribus. *Incomprehensibilis clarus*, hoc est dum claret, non comprehenditur. *Discretus*, nullo quippe alio elemento miscetur, sed in sua essentia discretus permanet. *Resolutivus*, resolvit enim ab omni corpore alliga, resolvit de rebus, de petris, de ferro, ceterisque corporibus, omnis quippe calliditas ignem creat. *Sursum ferens*, ignis siquidem accensus flammam sursum erigit, spatia terrae remota petens. *Acute means*, penetrat enim omnia
A. 1. M. 4. acute, ineffabili celeritate. *Excelsum*, quod philosophi empyrium caelum, hoc est igneum, hunc mundum consolidum ambire. *Nec receptus contemptibili ministratione*, in nullo enim minuitur, quoniam ubique totus est in creaturis visibilibus, quamvis non ubique et aequaliter appareat. Potest et aliter non incongruenter interpretari, non recipiens subterpositionis minorationem. Nullo enim corporeae creaturae subiicitur, quia supereminens in omnibus est. *Semper motus*, non enim stat, sed incessabiliter movetur per omnia movens omnia. *Per seipsum motus*, a nullo quippe corporeo elemento motum patitur. *Movens alterum*, subiacentia elementum, movet enim per seipsum primo aera, per aera aquam, per aquas terras terrenaque omnia corpora. *Comprehendens incomprehensus*, devorat quippe, et in se consumit omnia corpora solubilia, a nullo autem consumitur, non enim ipsum exstinguunt rivi, aqua extinguit. *Non indigens alterius*, nullius elementi indigens, dum omnia nutrit et fovet. *Latens vere*, ignis siquidem natura invisibilis est, in suis autem operationibus se manifestat. Calore sentitur, luce videtur. *Crescens a seipso*, omnibus quippe corporibus incrementum dat, nullius ab alterius elemento crescit, sed per seipsum crescit, quamvis dicatur aquarum exhalationibus nutriri, non ut crescat ab eis, sed ut eas in seipsum convertat. *Et ad susceptas materias manifestans ejus magnitudinem*, in materiis plus aridioribus magnitudinem ardoris sui declarat. *Activus potens*, potenter siquidem agit in inferioribus ex creaturis, ut quarum nulla patiatur. *Simul omnibus praesens invisibiliter*, praesens quippe omnibus est, quibus etiam absens putatur esse, in glacie et nive non putatur esse, non tamen, si ea non inesset, non solverentur aut sui caloris participes essent. *Neglectus non esse putatur*, hoc est, dum nullam aliquam materiam nutriri negligitur, non esse putatur, ac velut mortuum esse. *Attritu autem subito relucens*, attritu quadam cuiuslibet connaturaliter *et proprie* lucet, dum attenditur, secretoque sua quieta caritatem, quasi motum subito relucet, ac velut quadam vindicta motorum, quam arripit, invadit connaturaliter et proprie; naturale quippe ipsius est et proprium, absque ulla mora attritus lucere. *Et iterum incomprehensibiliter impalpabilis*, neque enim comprehendi se sinit, neque palpari. *Non minuitur in omnibus dilationibus traditionibus*, omnibus siquidem dilationibus seipsum tradit aequaliter et in nullo minuitur, quamvis non in omnibus aequaliter operationes suas exerceat. Nempe alia pleno, alia minus vel illuminat vel calificat.

7. *Et multas fortassis quis inveniet ignis proprietates priores*, ut in sensibilibus, id est, quatenus in sensibilibus, *imaginibus divinas operationes*. Fortassis, inquit, quisque studiose igneas virtutes investigaverit, inveniet multas proprietates igneas, in quibus imagines divinae operationis, quantum in sensibilibus imaginari potest, manifeste reperiet. Deus siquidem in omnibus est, quoniam ipse essentia omnium est, et

per omnia vadit, quia omnia disponit, et removetur ab omnibus, quia superessentialis est super omnia, et lucet in creatura quam fecit; quia occultus et incognitus A. I. 14. b.
per corpora esset, si universalem creaturam veluti quamdam materiam, in qua appareret, conderet, et in qua notitiam suam manifestaret. Et hoc quis ignorat, nisi aut nimium stultus, aut nimium perfidus, Deum immensurabilem esse et invisibilem per corpora? Et ut breviter colligam omnia, omnia quae de laude ignis praedicantur, pulchre per metaphoram de Deo praedicari possunt. *Hinc ergo sanctos Theosophi caelestes essentias ex igne conformant, significantes earum deiforme, et quantum possibile Dei imitabile.* Nam si in creatura corporea, igne dico, divinae operationis et deiformitatis et divinae imitationis multa et pulchra indicia sunt, quid de spiritualibus divinisque animis sentiendum, non dubitandum est plus et incomparabiliter imagines divinarum operationum inesse.

8. Post ignem de humana tractat effigie. *Sed et humaniformes ipsas describunt*, hoc est, non solum Theosophi ipsas caelestes essentias igniformes, verum etiam et humaniformes describunt, *propter intellectuale et sursum habendo intuitivas virtutes*, eo quod intellectualis creatura est homo ad imaginem Dei factus, et eo quod contemplativas virtutes sursum, quando se et naturaliter et rationabiliter movet, ad Deum suum convertens. *Et figurae rectum et inculentum*, hoc est, propter figuram corporis sui rectam et claram, *et secundum naturam principale et regale*, quia natura humana ad principatum et regimen totius sensibilis mundi creata est; *et quod secundum sensum minimum quidem, quantum ad reliquas irrationabilium virtutes. Omnium vero potentissimum secundum intellectus magnitudinem virtute*: hoc est, propter nimium corporalis sensus virtutem in comparatione reliquorum animalium. Acutius enim videt aquila homine, fortius canis odorem discernit, et sequitur: omnium vero potentissimum virtute magnitudinis intellectus. Ut enim solus inter multa animalibus acumen habet sentiendi, ita solus cunctis animantibus virtutem possidet intelligendi. *Et secundum rationabilem intelligentiam continentiae*: virtus siquidem rationabilis scientiae continua est, prava et iniusta deserens, quia nullum vel minimo momento rationabili scientia caret. *Et secundum naturam animae liberum et potentissimum*: nulli quippe animalium praeter hominem liberum arbitrium et potentia electionis datum est naturaliter. Ubi datum intelligo liberum voluntatis arbitrium inter data naturae, non inter dona gratiae computandum.

9. *Est autem haec per singula, ut aestimo, corporalis nostrae multiplicis partitionis invenire caelestes virtutes. Est*, inquit, *Theosophorum caelestes virtutes*, hoc est caelestium virtutum imagines invenire per singula membra, ut iudico, quibus multiplex partibus nostri corporis harmonia constituta est. *Dicentes, conspectivas quidem significare virtutes ipsarum ad divina luminaria clarissimum respectum*: hoc est, dum dicunt A. I. 44. a.
Theosophi, clarissimum oculorum nostrorum contuitum in divina luminaria a Deo videlicet in caelo condita significare contemplativas caelestium essentiarum virtutes. *Et tenerum teneram et liquidam et non repercussam, sed acute mobilem et purum et planam impassibilitatem*, subaudi oculorum nostrorum intentionem significare, divinarum susceptionem *illuminationum*, qua caelestes virtutes divinas suscipiunt illuminationes. Pupilla siquidem oculorum tenera, liquida, et, dum est sana, caligine non repercutitur.

Post oculos ponit olfactum, *olfactivas vero discretivas virtutes*, subaudi, dicuntur *significare illud super intellectum suaveolentis distributionis, quantum possibile receptivum, et non huiusmodi scienter discretivum, et omnino refugitivum.* Dicunt, inquit, Theosophi olfactus, quibus discernimus exhalationes, significare in caelestibus essentiis illud, quod recipit super suum intellectum suaveolentem distributionem, divinarum videlicet gratiarum donationes. Et quod discernit per scientiam quae huiusmodi, id est, quae tales non sunt, et omnino refugit. Discernit quippe divina virtus supercaelestibus a contrariis earum, sicut olfaciendi sensus suaveolentes a non suaveolentibus distinguit exhalationes.

10 *Aurium vero virtutes dicunt significare illud participe et gnosticum divinae inspirationis susceptivum.* Plane, quicquid est illud, quod particeps est in caelestibus essentiis et gnosticum, id est cognitivum, divinae inspirationis susceptivum. Inspirationem posuit pro vivificatione eo modo, quo causa pro effectu ponitur. Causa autem vitae est spiritus aethereus. *Gustativas autem sensibilium escarum plenitudines et divinarum et alentium promotionum receptivas*, hoc est, gustativas virtutes dicunt significare plenitudinem invisibilium et divinarum escarum, quibus caelestes essentiae reficiuntur, significare etiam illud, quod in eis suscipit alentes promotiones, hoc est, nutrientia incrementa. *Tactivas vero convenientis aut nocentis in scientia diagnosticam.* Virtutes, inquit, quae in sensu tangendi sunt, dicunt significare diagnosticam, hoc est discretivam in scientia, qua caelestes essentiae, quod sibi conveniat ab eo quod sibi noceat, distinguunt. Qua scientia intelligibili fuit exutus primus homo, qui voluit convenientem sibi obedientiam sequi, et nocentem sibi superbiam fugere, sicut noluit autem se beatitudinis escam gustare, eius plenitudinem ut susciperet, aeternae sustentationis incrementis incorruptionis ut aleretur et perpetuaretur. Noluit similiter intellectuali aure suscipere vocem praecipientis sibi obedire mandatum. Noluit intelligibili olfactu suaveolentes aeternae vitae exhalationes ab aeternae mortis foetidis halatibus discernere. Noluit pulcherrimae veritatis speciem contemplari. Noluit oculum se erigere in eam, quae se diligentes semper adhaerentes diffundit, sed pronus in rerum sensibilium dilectationem et concupiscentiam corruit, omni spirituali sensu privatus.

11 *Palpebras dicunt et supercilia divinarum visionum intelligentiarum custoditivam*,
u s ad. h. subaudi, significare dicunt. *Iuventutem vero et adultam aetatem illud innovantem semper vitalis virtutis*, hoc est, illud quod renovat semper vitalem virtutem, imaginare dicunt. Sed si quaeras, quid est illud et illud, et quotiescunque in hac disputatione dicitur illud, uno modo possum respondere: illud est ineffabile et multiplex divinae distributionis munus in omnes divinas essentias. *Dentes autem divisivum inditae nutritae perfectionis.* Dentes humanos, inquit, dicunt imaginare divisivum, hoc est discretivum, quod inditam caelestibus essentiis nutritivam ponunt perfectionem. *Unaquaeque enim essentia intellectualis donatam sibi a divinitate uniformem intelligentiam provida virtute dividit et multiplicat ad inferioris ductricem analogiam.* Propterea dicunt per dentes figurari discretionem, quae intellectualem perfectionem inditam caelestibus essentiis nutrit, quoniam unaquaeque essentia intellectualis donatam sibi a divinitate, id est superiore essentia uniformem intelligentiam velut dentibus discretionis comminuit et multiplicat pro providentia virtutem iuxta ductricem analogiam inferioris essentiae. Ductricem pro educatricem dixit. Divinae quidem

mysterio, nisi intellectualibus dentibus prius comminuantur a magistris, non possunt prodesse discipulis, nec vitale incrementum praestare. Granum namque sinapis, nisi contritum fuerit, vim suam exercere nescit. *Humeros autem et brachia, et iterum manus, factivum et operativum* et cetera, *significare dicunt*. In his enim tribus membris humani corporis fortitudo consistit. Factivum ad manus refertur; ipsae enim faciunt. Operativum ad brachia, in quibus tota vis operationis constat. Activum ad humeros, in quibus veluti quodam cardine actionis motus primo volvitur, deinde per brachia in manus extenditur. Ut autem in anima rationabili primus motus eius in animo est, veluti quibusdam suis humeris, qui motus actio dicitur, deinde descendens per progressiones animum veluti per quaedam brachia in artificium aestimationum, operationis nomen accipit; dum in effectum motu corporis exierit, factivus vel effectivus non incongrue vocatur. Ita, ut opinor, in caelestibus animis, dum veluti primo motu primordiales causas in principio omnium, quod Deus est, supra se intuentur, actio eorum; dum in seipsis, quod supra se vident, conformant, operatio; dum vero, quae faciunt, haec in naturam suam iuxta analogiam eorum, quae supra se contemplantur et in se conformant, faciunt atque efficiunt, factivus vel effectivus eorum motus non incongruenter dicitur.

12. *Cor vero symbolum esse deiformis vitae propriam vitalem virtutem deiformiter in ea, quae providentiae sunt, seminantis*. Dicunt esse cor symbolum, signum plane, deiformis vitae, quae est in intellectualibus et intelligibilibus creaturis, quae propriam vitalem virtutem deiformiter seminat in ea, quae divina providentia, priusquam fierent, praeintellexit. Quo in loco notandum, quod omnes virtutes, quae per singula membra humani corporis imaginantur, non solum ad caelestem essentiam, verum etiam ad causam   a f. 88 a.
omnium, ex qua omnes procedunt virtutes, possunt referri. Ex qua etiam veluti intimo corde vitalis motus in universitatem visibilis et invisibilis creaturae tanquam in suum quoddam corpus distribuitur atque seminatur. Intuere etiam quod ait: Cor esse symbolum deiformis vitae vitalem virtutem seminantis, et intellige, hunc praeclarum magistrum sedem vitalis motus totius nostri corporis non in cerebro, sed in corde constitutam docere. *Pectora iterum significare dicunt et custoditivum, ut a supposito corde vivificas distributionis*. Dicunt pectora insinuare indomitam custodiam vivificae distributionis, quae a supposito corde in genera ducit. Cor siquidem corporali situ sub pectore, sub veluti sub munimine tuto firmoque custodia vitalis eius motus, quo totum motu corpus vivificat, naturaliter constitutum est. Ubi durum posuimus, ibi in Graeco ἀδάμαντον, quod ut durum significat et indomitum. *Dorsa vero continuum simul vinctorum fertilium virtutum*. Dorsa hominis significant continuationem fertilium virtutum. Ut enim ossa sponte sibi invicem coadhaereant, et per illorum medullas vitalis motus in totum corpus diffunditur, et maxime qui est in tantum, ita spirituales virtutes sibi invicem adunantur inseparabiliter, ut ubi una ibi omnes. Ab una quippe unitate videlicet omnes procedunt, et concatenatim singulae singulis dependent, et fertilitatem angelorum et hominis inferunt. Ubi posuimus fertilium, ibi in graeco ζωογόνων, quod proprie fertilitatem significat.

13. *Pedes autem*, subaudi significant, *mobile et velox et cursile in divina semper euntis motionis*, hoc est, mobilem velocemque et currentem motum caelestium essentiarum in

divina mysteria. *Propter quod et pennatos theologia sanctorum intellectuum figuravit pedes.* *Pennatum namque significat anagogicam*, hoc est, sursum ducentem velocitatem, *et caelestes sursum versus itineris activum* idest caelestem actionem illarum virtutum, quod sursum ducit in veritatis contemplationem, *et ab omni humili per sursum ferens remotum*, hoc est, pennati pedes sanctorum intellectuum significant, quod ipsi ab omni humilitate corporalis creaturae remoti sunt, per sursum ferens, id est, per intellectualem theoriam, qua sursum feruntur in causam rerum volitantes. *Ipsa vero pennarum levitas nihil terrenum, sed totum mundum et sine gravitate in excelsum ascendens.* Superius expositum est, quod levitas pennarum significat nihil in caelestibus essentiis terrenum esse, sed totas eas mundas omnique gravitate absolutas in excelsum Deum pleno ascendere. Notandum quod beatus iste magister, sicut ceteri utriusque linguae doctores, omnia genera omnes numeros omnesque verborum ceterarumque partium significativarum intellectus per singularia neutralis nominis, saepe etiam per verborum infinita indicativo insinuant. *Nudum quoque et discalceatum, dimissum, et absolutum, et incommensurabile, et purum eorum quae extra sunt, oppositum et ad simplicitatem divinam, quantum possibile, adsimilatum.* Ac si diceret: quod caelestium essentiarum mysticae imagines in similitudine nudi hominis et absque
A. f. 37 b. calceamentis stantis seu ingredientis visae sunt. Quid aliud significat, nisi quod divini animi dimissi, id est, liberi et absoluti sint, sua propria voluntate rationabiliter fruentes Deo, et quod incommensurabiles sunt? Infinita est enim illarum natura et incircumscripta nisi solo conditore suo, qui omnia definit et circumscribit, et quod puri sunt, incontaminati videlicet affectione eorum quae extra sunt, sensibilium videlicet et corporalium rerum, et quibus caelestes virtutes omnino remotae, et quod similes sint simplicitati divinae, quantum creaturae possibile?

14. *Sed quoniam iterum simpla et multum varia zophia et nudos vestit, et vasa quaedam dat ipsis circumferre, fare et numerorum caelestium ornatus animae et organa, secundum quod nobis possibile, aperiamus.* Sed *fare*, inquit, id est *age*. Quoniam apud Graecos hortativa adverbia sunt *fare* et *age*, aperiamus, hoc est exponamus, quantum nobis possibile est, quid mystici amictus sanctaque organa animorum caelestium symbolizant, quoniam non solum zophia, id est sapientia, quae simpla et multum varia est, animos caelestes velut nudos homines mystice conformat, verum etiam eos, quos nudos describit, iterum vestit, et dat ipsis gestare quaedam vasa operationibus suis congrua, quae organa vocantur. Organum est enim generaliter omne instrumentum non solum musicis, sed et ceteris operationibus aptum. *Clarum quidem enim vestem ignemque significationis existimo deiformis iuxta ignis imaginem et luculentum propter in caelo quietem.* Arbitror, inquit, clarum igneamque sanctarum imaginum vestem significare divinorum animorum deiformitatem, quae in imagine ignis solet apparere, eorumque luculentiam, quae inter aethera splendidissima nulloque spatio perturbata quietam vitam in caelo ducit. *Ubi lumen et omnino invisibile dicendum aut intellectualiter illuminans, aut intellectualiter illuminatum.* In caelo quippe lux invisibilis et incorruptibilis est, et omnino dicendum, aut intellectualiter illuminans lumen in caelo est, ut Deus, aut intellectualiter illuminatum, ut divini intellectus a Deo illuminati, qui solus illuminans lux est, et a nullo illuminatur.

C

Sacerdotalem vero, subaudi vestem significare aestimo, *ad divina et mystica speculamina ductivum, et totius vitae statum*. Est enim sacerdotium eos, quibus praeerant, in divinas et mysticas speculationes ducere actionis exemplo doctrinaeque studio, totamque vitam suam sequentiumque se Deo vovere.

15. *Zonas quoque*, *significare aestimo*, *foecundarum virtutum*, quas animam eius scientia foecundant, quam custodiam maxime temperantiae et constantiae solent attribuunt. Est enim constantia virtutum custos ac veluti zona, habitum illarum praecingens, quod consequenter adiungit: *et congregantem eas habitum in seipsum unite converti et circulariter, cum facilitate circa carente naturae mutabilitate circa seipsum circumferri*. Hoc est: Zona significat habitum, qui eas congregat virtutes in unum, et ipsum habitum in se ipsum per adunationem virtutum in simul convertit, quemadmodum zona in seipsam revolvitur, et circulariter circa se ipsum circumferri cum facili et sine cassu naturali mutabilitate. Talis siquidem differentia est inter virtutes et vitia, quod vitia diversa sibi sunt et a se ipsis discrepantia, virtutes vero sibimet simillimae ac veluti zonae rota in seipsam revoluta, ita ut fere omnes una videantur esse una omnes, manente tamen naturalibus differentiis illarum harmonia. *Virgas* etiam, subaudi significare aestimo, *regalis et ducalis rectaque omnia dispensans*. Quoniam virga regum ac ducum signum est, omnia quoque, quae recte definiuntur et mensurantur, eandem quemdam virgae imitari dubium non est. Propterea in graeco scriptum est non ῥάβδους simpliciter, sed ὀρθάς, hoc est, non virgas, sed rectas virgas, non enim omnis virga recta est. *Tela vero et secures dissimilitudinum separativum et discernentium virtutum acumen et efficax* et activum. Tela et secures, quas prius organa caelestium animorum vocavit, significare aestimo divisivum eorum virtutem, quae veluti quadam securi dissimiles a similibus separant, rationabiles mentes ab irrationabilibus, humiles a superbis, poenitentes a non volentibus se emendare, signatos TAU a non signatis, fideles plane ab infidelibus, credentes in crucem Christi a non credentibus, et discernentium virtutum acumen significare, ut securis acuta, et efficax, ut telum velox et acutum, actione plenum. Divina siquidem virtus, discernens omnia, penetrat quae discernit, ac sine mora temporis agit. Velle quippe eius actio eius est, sive per seipsam sive per angelos suos.

16. *Geometrica et tectonica*, hoc est fabricativa, vasa significare aestimo *fundativum et aedificativum et perfectivum*, hoc est: quae movent et fundant et collocant sunt divina omnia incommutabiliter absque ulla ruina apostasiae. Et quomodo aedificanti sunt? Super illud fundamentum, Deum videlicet Verbum Dominum nostrum Iesum Christum, super quem veluti incorruptam petram universalis Ecclesia rationabilium et intelligibilium fabricatur? Et quomodo perfecti sunt in amore et contemplatione veritatis? Quomodo etiam inferiores essentias addit ipsum fundamentum in eadem aedificationem et perfectionem reducunt? Quod subsequenter adiungit: *et quaecunque alia reductiva et convertentia sunt secundarum providentiae*, hoc est, et quaecunque alia symbola ex humanorum corporum harmonia introducuntur ad significandam divinam providentiam, quae reducit et convertit secundas essentias intellectuales et rationales per primas in unius omnium causae participationem. *Est autem quando et in eis diversorum iudiciorum sunt symbola illa quae acta sunt*, hoc est gesta sunt, *a sanctis angelis organa, aliis quidem declarantibus corrigentem disciplinam aut punientem iustitiam, aliis vero angustia libertatem aut*

disciplinae finem aut prioris constantiae resumptionem aut appositionem aliorum donorum parvorum aut magnorum, sensibilium aut insensibilium, si omnino forsan non dubitari perspicaciter animus pulchre intelligitur adornare saeculum. Vasa, inquit, quae gestare angelos divina tradit Scriptura, symbola sunt aliquando diversorum iudiciorum, quibus nos iudicamur, dum alia quidem corrigentem disciplinam aut punientem iustitiam declarant. Quae duo divina communiter iudicio, quod aut in disciplinam corrigendi per misericordiam, aut in severitatem puniendi per iustitiam dividitur, si unum quidem per virgam, sicut ait Psalmista: « virga correctionis virga regni tui », alterum per securim, « iam », inquit Praecursor, « securis ad radices arborum posita est; omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur ». Alia vero angustam libertatem, vel ex tristitia libertatem, in Graeco quippe est περιστάσεως ἐλευθερίας, pro quo possumus dicere angustia, aut tristitiae libertatem, quod etiam per virgam formatur. Ad hoc enim corripimur, disciplinisque misericordiae emendamur, ut ab angustiis delictorum nostrorum et a diabolicis insidiis liberemur; aut disciplinae finem: totius divinae disciplinae finis est habitus virtutis et aedificium, quae tectonicis organis pulchre significantur; aut prioris constantiae resumptionem. In Graeco est εὐπαθείας ... Cicero interpretatur constantiam, ut non dicimus, sequentes sanctum Augustinum ... anni, id est, constantias tres secundum Stoicos, voluntas, gaudium, cautio, et non ... in somno (1).

(1) In schedis huius editionis ... Malo ... et in Bibliotheca Vaticanae ... reperimus ... animadversiones adnotatas: *N. B. Desinit opus in media pagina, ideoque nihil in nobis deesse videtur.* ... ; hoc Maius loquitur de codice ... A, quae epistola ... ipsum codicem Vaticanum 662 ... est Altera animadversio ... habet: « Cod. B f. 136 col. 4 - B ... nihil amplius Scoti habet, et quidem ibi in margine: *HUC USQUE EXPOSITIO IOHANNIS SCOTI* ».

MONITUM

Iam tum ab anno 1833 Maius (*Class. Auct.* t. V, p. XLVII) hoc Scoti Erigenae opus in lucem proferre meditabatur, imo et publice pollicitus est, et nonnulla postea typis commisit, sed non absolvit neque emulgavit. Fecimus nos autem, et cl. v. Henricus I. Floss, quum re adhuc integra, anno 1865 in tomo CXXII *Patrologiae latinae* Parisiis editae a Mignio inter alia Iohannis huius opera has *Expositiones in Dionysium* ediderit. At vero ne haec editio Maii, quam pene absolutam reperimus, praesumderetur, ne admutationes eius interirent, ea textus ab eo ... quoque sodalis B. Henricus I. Floss ... perret, operam nostram ... nimis eruditis non improbandam nec facturos existimavimus, si impressionem hanc ... expletam in Alteram Appendicem operum eius ... De auctore autem deque opere nil dicimus, ... sorte eruditi ... quae quasi praecompendio adnotata sunt apud H. I. Floss, quem lectores adibunt. *F. C.*

INDEX

OPERIS IOHANNIS SCOTI QUOD CONTINETUR IN HAC ALTERA APPENDICE

107

Notizie sul restauro effettuato nell'anno 1998 dal Laboratorio Pietro Gozzi & C. Snc Modena

Segnatura 2. 4. 202 (9 volumi)

Bibliotecario conservatore

Restauratore progettista C. Montetatici

Sintesi delle operazioni effettuate con specificazione dei materiali impiegati

Controllo della numerazione. Scucitura mediante taglio della vecchia cucitura e distacco dei singoli fascicoli. Spolveratura totale e rimozione di particelle fungose con l'uso di bisturi e gomme polivinliche
Lavaggio in acqua demineralizzata e rimozione del fango mediante pennello a setole morbide e colla tylose. Deacidificazione in soluzione acquosa semisatura di idrossido di calcio. Ricollatura con Tylose MH 300 P al 2% per immersione
Restauro delle carte con uso di carta e velina giapponese forniti dalla ditta Vangerow e colla Tylose al 8%.
Nuove carte di guardia uso mano Ingres 20231 della ditta Vangerow e tela pelle-uvo di puro cotone
Cucitura intrecciata eseguita a pieno punto con filo ritorto di puro cotone su fettucce di lino spigato da mm 15 di larghezza
Capitelli eseguiti a mano con cucitura primaria a filo rele (stesso usato la cucitura) e con passaggio al centro di ogni singolo fascicolo, la secondaria colorata con filo di puro cotone
Indorsatura eseguita a più elementi di carta giapponese 25527 e colla tylose
Esecuzione del tubo con tela pelle ovo carta giapponese 25517 e colla tylose
Quadranti in cartone tirato della ditta Moreolta di Firenze a cartone durevole alla conservazione del tipo Museum 22031, ditta Vangerow da 400 gr accoppiati con colla (15% tylose 15% vinilica)
Coperta eseguita la quarta di pelle di capra, debitamente apprettata e fornita dalla ditta Scartezzini, ponte oleche in pergamena di capra
Cartoncino di compensazione sia all'interno che all'esterno è tipo Feltkarton 22740 della ditta Vangerow e colla mista

Collaudatore Data del collaudo